fit ex parte pilati
ex timore ne si di/
mitteret eum con
tra clamoreȝ ppli
accusaret postea
ad Cesareȝ: ⁊ hoc
est q̄d dicitur hic.
p Uidens auteȝ
pilatus q̄ nihil ꝓ
ficeret. ostendēdo
christi innocentiā
ad eius liberatio/
nem.
q Sed magis tu
multus fieret po/
puli. s. clamātis ad
contrariuȝ per se/
ductionem sacer/
dotum vt visuȝ ē.
r Accepta aqua
lauit ⁊c. Ad h̄ vt
iudei totuȝ pecca/
tum super se acci/
perent ⁊ ipse immu
nis esset a paccato.
Sed hoc non suf/
ficit ad omnimo
dam eius excusa/
tionem: quia cum esset iudex tenebatur ex offi
cio seruare iusticiam: ⁊ inde grauiter peccauit
faciendo contra eam ad habendum populi fa/
uorem: minus tamen peccauit q̄ȝ iudei: q2 eius
motiuum fuit minus malum. Judei enim ad
occidendum christum moti sunt per rancoreȝ
⁊ odium. Pilatus autem propter timorem Ce
saris ⁊ fauorem iudeorum habendum.
s Tunc dimisit illis Barraban. facta respō/
sione a iudeis q̄ totum peccatuȝ reciperent su/
per se ⁊ filios suos. t Jesum autem flagel
latum tradidit ⁊c. lȝ ista flagellatio Christi po
natur hic post sententiam iudicis: tamen fuit
ante facta: vt habetur Joannis xix. cap. quoniā
hac intentione eum precepit pilatus flagellari

vt peterent barraban[l]:
Jesuȝ vero perderēt. Re
spondēs autē preses ait
illis quē vultis de duo
bus dimitti? At illi di/
xerunt: barraban. Dicit
illis pilatus: Quid igitur
faciam de Jesu q dicitur
christus? Dicūt omnes
crucifigatur. Ait illis
preses. Quid enī mali
fecit[m]? At illi magis cla
mabant[n] dicētes: Cru
cifigatur[o]. Uidens autē
pilat⁹[p] q2 nihil ꝓficeret
sed magis tumult⁹ fie/
ret[q]. Accepta aqua la/
uit[r] manus coraȝ ppl'o
dicens: Innocens ego
sum a sanguine hui⁹ iu
sti: Uos videritis. Et
respondens vniuersus
popul⁹ dixit. Sanguis
eius super nos ⁊ super
filios nostros. Tunc di
misit illis barraban[s]:
Jesum autem flagella/
tuȝ tradidit[t] eis: vt cru
cifigeretur. Tunc mili
tes[v] presidis: suscipien
tes iesum i pretorio[x] cō
gregauerunt ad eū vni
uersam cohortem. Et
exuentes euȝ[y] clamidē
coccineam[z] circūdede/
runt ei[⁊]. Et plectentes
coronam de spinis[?] po/
suerūt sup caput eius[ꝫ].
⁊ arundinem in dexte
ra eius[a]. Et genu flexo
ante eum illudebant
ei[b] dicentes. Aue rex
iudeorum[c]. Et expue/
runt in euȝ[d]: acceperūt
harundinem[e] ⁊ percu/
tiebant caput eius[f].

x Suscipientes
iesuȝ in pretorio.
vt magis illi illu/
durent in loco pa
tenti ⁊ corā mul/
titudine.
y Exuentes euȝ.
scilicet vestimētis
suis.
z Clamideȝ coc/
cineaȝ. idest rube/
am in similitudi/
neȝ purpure qua
vtuntur reges.
⁊ Circūdederūt
illi. ipsum vestien
do.
? Et plectentes
coronā de spinis.
idest d̄ iuncis ma
rinis ad modum
spinarum acutis.
Et ego qui scripsi
hec audiui a quo/
dam qui fuerat vl
tra mare cum san
cto Ludouico re/
ge francie: q̄d i lit
tore maris sense/
rat puncturas iun
corum per sotulares inter medios.
ꝫ Posuerunt super caput eius pro similitu/
dine corone regie.
a Et arundinem in dextera eius. pro sceptro
regio. b Et genuflexo ante eum. ⁊ sic il
ludebāt ei: facto similiter ⁊ verbo vnde sequitur.
c Dicentes aue rex iudeorum. quasi diceret
voluisti regnare ⁊ non potuisti: ⁊ sic eorum illu
sio accusationi iudeoruȝ correspondebat.
d Et expuentes in eum. tāq̄ȝ in personam cō/
temptibilem ⁊ vilem.
e Acceperunt arundinem. de manu eius.
f Et percutiebant caput eius. ⁊ ratione con/
temptus ⁊ ratiōe doloris infligendi: q2 ex tali
ꝑcussione aculei corone intrabāt caput eius.

Et postq̃ [a] illuserũt ei: exuerunt clamidem: ⁊ induerunt euz vestimẽtis eius [b]: ⁊ duxerũt eũ vt crucifigerent. Exeũtes autem inuenerunt hominem [c] Cyreneum nomine Symonẽ: hũc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur golgotha: qđ ẽ caluarie locus [d]. Et dederunt [e] ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset noluit bibere [f]. Postq̃ autẽ crucifixerunt eum [g]. Diuiserunt vestimẽta eius [h]: sortem mittentes [i]: vt ĩpleretur q̃ dictum est per prophetam dicentem [k]. Diuiserunt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestem meam miserunt sortem. Et seden-

a Et postq̃. postq̃ descripta est ipsius Christi condemnatio iniusta. Hic ponit̃ inique sententie executio: ⁊ p̃mo ponit̃ ipsius christi iudicati crucifixio. Secũdo crucifixi illusio: ibi: pretereuntis. Tertio illius expiratio ibi a sexta ãt hora. Circa christi crucifixionem quattuor tanguntur: Loci vtilitas: Judeorum crudelitas: ibi ⁊ dederunt: militum cupiditas: ibi: postq̃ autẽ: Latronuz societas: ibi: Tũc crucifixi sunt. Circa p̃mum dicit sic postquaz illuserunt ei clamidem illã coccineam ĩposuerũt sibi solum ad deridendũ euz sicut falsum Regem.

b Et induerunt eum vestimentis eius. q̃bus spoliauerunt eum vt predictum est: ⁊ hoc fecerunt vt ductus ad mortem magis cognosceret̃ in propria veste quã aliena. c Exeuntes autẽ inuenerunt hoiem ⁊c̃. Hoc non est cõtra id qđ dicitur Joannis. xix. capi. Et baiulans sibi crucem ⁊c̃. Ipse eni primo portauit crucem suam quãdo exiuit de domo Pilati: vt dicit Joãnes Sed q̃ erat fatigatus ex p̃cedenti labore Jeiunijs: ⁊ vigilijs: Ideo milites coegerũt Symonem ad portandum ei⁹ crucẽ vt citius possent p̲uenire ad locũ crucifixionis vt dicitur hic.

d Et venerũt in locũ qui dr̃ golgotha: qđ est caluarie locus. Ille locus nõ est sic noiat⁹ a caluaria Ade ibi sepulti: vt dicunt aliq̃: q̃ Adam fuit sepultus in hebron vt habetur Josue. xiiij. capi. p̲p̲ qđ hebreon dicebat̃ antiq̃t⁹ cariatharbe. i. Ciuitas quattuor: q̃ quattuor magni patriache sunt ibi sepulti cum vxoribus suis. scilicet Adam: ⁊ Eua. Abraaz: ⁊ Sara. Jsaac: ⁊ Rebeccha. Jacob: ⁊ lia. Dr̃ ergo caluarie loc⁹. q̃ locus ille erat plenus capitibus mortuorum: qui ibi decolabant̃ q̃ ibi malefactores puniebant̃ ⁊ sic p̃z Loci vilitas in quo christus crucific⁹ ẽ.

e Et dederũt. Hic cõsequẽter ponitur Judeorum crudelitas: cum dicitur ⁊ dederunt ei vinum cũ felle mixtum. Joannes aũt dicit qđ dederunt ei accetum. Ad euidentiaz huius considerandum. q̃ aliqui dicũt hoc esse factũ vt citius moreretur: ⁊ sic milites de eius custodia citius expedirentur q̃ debebant eum custodire quousq̃ expirasset Dicunt enim q̃ existentes in tormento si potentur aceto citius moriunt̃. Sz hoc non videtur multum probabile q̃ acetũ est frigidum: ⁊ per consequens videt̃ magis mortem taliuz differre: propt̃ qđ aliter dicenduz ẽ. Scribitur eniz in q̃dã libro hebreyco qui apud eos intitulatur liber iudicum ordinariorum qđ q̃ Salamon dixerat prouer. xxxj. capi. Date siceram. i. potũ ebriatiuum merẽtibus ⁊ vinũ his q̃ amaro sunt aio vt bibãt ⁊ obliuiscant̃ egestatis sue ⁊ doloris sui nõ recordent̃ amplius. Ideo ex occasiõe hui⁹ verbi seniores Judeorum statuerãt vt condẽnatis ad mortẽ daret̃ vinũ aromaticũ ad bibendũ vt facilius tollerarent passionẽ. In hyerusalez autẽ matrone erant deuote ⁊ cõpassiue q̃ hoc vinuz dabant ex deuotiõe. Judei igit̃ ex nimia crudelitate moti: tale vinũ datũ p̲ xp̃o ⁊ alijs duob⁹ cũ eo crucifixis acceperũt sibi s̃m qđ dictũ erat amos. ij. cap. Vinũ dãnatorum bibebãt: ⁊ loco ei⁹ posuerũt acetũ cũ felle mixtũ. f Et cũ gustasset noluit Mar. dicit ⁊ nõ accepit ad bibendũ sed solũ ad gustandũ modicũ: vt sic ĩpleretur in eo q̃ scriptũ est in Psal. Dederũt in escam meã fel: ⁊ in siti mea potauerũt me aceto. g Postquã aũt crucifixerũt eũ: Hic ponit̃ Militũ crucifigentiũ cupiditas in hoc qđ abstulerunt sibi vestimẽta sua oia cũ tñ dãnatis ad mortẽ dimittatur aliqđ vestimentũ ad carnis sue operimentum: ⁊ hoc est qđ dicitur. h Diuiserũt sibi vestimenta eius: in quattuor p̲tes: s̃m qđ dicitur Joannis. xix. capi. q̃ quattuor erant milites ipsum crucifigentes. i Sortem mittentes Ista sors fuit missa sup̲ tunicã dñi inconsutilem que erat facta quasi reticulato opere. ⁊ iõ non pote-

rat bñ diuidi cum nõ hẽret aliquã futurã: ⁊ iõ misserunt sortes quis haberet eam integram. k Ut adimpleretꝫ q̄ dictũ est per ꝓphetam: Diuiserũt sibi ⁊c̃. Sed ƀm hyeronimuz. Istud nõ est de textu math. nec est in antiquis libris sed tñ in euange- lio Joãnis Exposi tio tñ huius aucto ritatis pz ex dictis a Et sedẽtes ser uabant euz: ne ali- quis rapet euz de cruce anteq̄ȝ esset mortuus. b Et ĩposuerunt sup ca- put eius cãm ipsi⁹ scriptaz. Iste erat modus iudeoruz qȏ sup caput cruci fixorum ponabatꝫ. cã condẽnationis ipsorum. Ipse aũt accusat⁹ fuerat q̄ sibi volebat vsur- pare regnũ iudeo rum vt visũz ẽ ⁊c̃.
c Tunc crucifixi sunt eo ⁊c̃. Hic describitur. Latronum societas: ad hoc enim crucifixi sunt cuz christo ex intentione iudeoruz: vt christus videretur ꝑticipes: ⁊ magister ĩ malefactis eo rum: sed ex intentione dei hoc ꝑmittẽtis factũ est vt ĩpleretur q̄ de christo scriptuz erat Isai. liij. capi. Et cum sceleratis reputatus est.
d Pretereuntes. Hic describitur ipsius christi crucifixi derisio: qꝛ ꝑus fuit derisus a prete reuntibus hoc est a vulgaribus ⁊ plebeis ho- minibus circa locũ crucis cõcurrentibus dicẽ tibus. e Uah. interiectio est ĩsultantis seu de ridentis q destruijs tẽplũ dei ⁊c̃. Imponebat sibi q̄ hoc dixerat: sed hoc falsum erat vt visum est capi. precedenti. f Salua temetipsum. q. di. non potest: ex quo patet falsitas tua. Secun- do fuit derisus a sacerdotib⁹ ⁊ hoc est. qȏ dicitꝫ
g Similiter ⁊ ꝑncipes sacerdotuz ⁊c̃. i. legis periti. h Et senioribus. i. Judicib⁹ ordinarijs dicebant. i Alios saluos fecit. q. d. non est ve- ruz: si posset talia facere saluaret semetipsum.
k Si rex israel est: non quicũq̄ȝ: sed messias ꝓ missus in lege. l Descendat nũc de cruce: qꝛ alij reges nõ possent talia facere. m Et credi

tes seruabant eum[a]. Et imposuerunt super ca- put eius causam ipsius scriptam.[b] Hic est Je- sus rex Judeorũ. Tũc crucifixi sunt cum eo[c]. duo latrones vn⁹ a dex teris ⁊ vnus a sinistris. Pretereuntes[d] autem blasphemabant eũ mo uentes capita sua ⁊ di- cẽtes: Uah[e] qui destru is tẽplũ dei ⁊ in triduo illud reedificas[?]. Sal- ua temetipsum:[f] si fili⁹ dei es descende de cru ce. Similiter ⁊ pꝛincipes sacerdotum[g] illuden- tes cum scribis ⁊ senio- ribus[h] dicebant. Alios saluos fecit[i]: se ip̄z ñ p̄t saluum facere. Si rex israel est[k]: descẽdat nũc de cruce[l]: ⁊ credmus ei[m]. Cõfidit in deo libe ret nunc eum si vult: di xit eniz: quia filius dei sum. Idip̄m[n] autem ⁊ latrones[o] qui crucifixi erant cum eo ĩproperabant ei. A sexta autez[p] hora tenebre facte sunt

mus ei. falsuz dixerunt: qꝛ maiora fecit quando Lazarum suscitauit: ⁊ quando post mortem de sepulchro surrexit: ⁊ tamen non crediderũt ei. Tertio fuit derisus a latronibus ⁊ hoc est q̄ di citur. n Idipsum. i. verba premissa. o Et la- trones impropera- bant ei. contra- riuz Luc. xxiij. ca. vbi dicitur q̄ vn⁹ increpabat euz: al- ter autez rogabat eum dicens: Do- mine miserere mei duz veneris in re- gnum tuum. Dicẽ dum q̄ math. loq tur: ƀm illum mo- dum loquẽdi quo societas dicitꝫ ali- quid facere quan do vnus de socie- tate hoc facit: vel aliter dicenduz q̄ vterq̄ȝ impropera- uit primo chri- sto: s̄z alter vidẽs postea patientiam christi penituit ⁊ misericor diam petijt: ⁊ sic inuenit. o A sexta autem. Hic consequenter describitur ipsius christi cru cifixi ex derisi expiratio vbi ꝑmo notatur per- turbatio elementorum quasi christo morienti compatientium. Secundo confessio assistentiũ ibi Centurio autem. Prima in duas: quia ꝑmo describitur perturbatio corporum superioruz. Secundo inferiorum: ibi: Ecce veluz. circa pri mum dicitur sic. p A sexta autez hora tene bre facte sunt ⁊c̃. hyeronimus dicit super illuz locum q̄ iste tenebre fuerunt per retractionez radiorum solis diuina virtute: Origenes aũt dicit: quod hoc factum est per interpositionez nubium densarum. Sed in hoc magis creden dum est dyonisio qui dicit in epistola ad Poli carpum hoc fuisse interpositionem Lune inter terram ⁊ solem: sicut fit in eclipsi solis. Et ibidẽ dicit q̄ ipse hoc vidit tunc existens in Egypto vbi est aeris puritas: quia rarissime fiunt ibi nubes ⁊ pluuie propter quod talia potuit tunc magis perpendere. vidit ergo ⁊ dicit lunã ab oriente ascendentem versus meridiem et sup- ponentem se soli. Hyeronimus aũt ⁊ Origeñ.

super vniuersaz terrā[a]: vsque ad horaz nonā[b]. Et circa horam nonam clamauit Jesus voce magna dicēs. heli heli lamazabatani[c] Hoc est deus meus deus me⁹: vt quid dereliqsti me? Quidam autem illic[d] stantes ⁊ audiētes. dicebant. Heliā vocat iste[e]. Et continuo currens: vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto: ⁊ imposuit arūdini: ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant: Sine videamus an veniat helias liberans eū Jesus autem iterum clamās voce magna[f] emisit spirituʒ. Et ecce velum[g] tēpli scissum est in duas ꝑtes: a summo vsqʒ deorsum: terra mota est[h]: ⁊ petre scisse sunt[i]: ⁊ monumenta aperta sunt[k]: Et multa corpora sanctoruʒ[l] qui dormierant surrexit. Et exeuntes

non locuntur de illa eclypsi asserendo ꝙ sic fuerit vt dicunt: sed qd potuit sic fieri: Ex dictis patet ꝙ illa eclipsis non potuit naturalis esse. sed miraculosa: Et hoc multipliciter: primo qꝛ Luna erat quintadecima: vt patuit. capi. precedenti. ⁊ tunc luna distat a sole ꝑ dyametrum celi: eclipsis autem Solis nō potest fieri naturaliter nisi tempore coniunctionis solis ⁊ lune: ꝓpter qd dicit Dyonisius qd mirabatur qꝛ non erat tēpus cōueniens ad talem coniunctionem: Secundum miraculuʒ fuit ibi quia transacta eclipsi: Lūa rediit ad orienteʒ Jta ꝙ in vespere fuit ī oriēte sole existente in occidente. ⁊ sic orbes eorum fuerunt ad pristinum statum restituti. Tertium miraculuʒ fuit ibi quia pars orientalis Solis primo fuit obscurata. ⁊ iterum vlterius illuminata: contrario autem modo fit in eclipsi naturali. a Super vniuersam terram: Jntelligendum est de terra Judee. b vsqʒ ad horam nonam: ex quo patet ꝙ luna fuit īmobilis sub sole per tres horas: ⁊ in hoc fuit quartum miraculū illius eclypsis: quia in naturali eclipsi: luna continue mouetur sub sole. c Et circa horā nonam clamauit. voce magna dicens. Heli Heli lamazabatani. El in hebreo: idem est ꝙ deus yota littera ebraica adiuncta facit significare cum hoc meus. ⁊ ideo Heli idem est ꝙ deus meus Lama: est vna dictio per se ⁊ idem valet ꝙ quare ⁊ in latino Zabatani: non est vna littera: qꝛ non significat ideʒ ꝙ dereliquisti me sʒ debet preponi ibi quedam littera que vocatur: ayn. ⁊ sonat sicut a. formatum in guttere: vnde debet sic scribi: Azabatani: tunc significat ꝙ dereliquisti me: sed per ignorantiam scriptorum corrupta est littera in latinis libris Dicit autem Christ⁹ se derelictum a deo patre: quia dimittebat euʒ in manibus occidentiuʒ. d Quidam illic stātes. scilicet milites ipsum custodiētes qui erāt gentiles: propter qd linguam hebraicam ignorabant: dicebant. e Heliā vocat iste cetera patent vsqʒ ibi. f Jesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum: Ex quo patet ꝙ illa vox non fuit naturalis: sed miraculosa: quia homo magno cruciatu ⁊ longo afflictus: ⁊ ex tali afflictiane morti sic proxim⁹ non posset sic clamare virtute nature. g Et ecce velum. Hic secundo declaratur perturbatio elementorum inferioruʒ quia ad motuʒ terre ⁊ aeris velum templi scissum est: Jllud autem velū erat ſm aliquos ī introitu templi ꝓhibens aspectum eorum que erant intra templum ⁊ ideo per talem scissionem declarata est impletio veritatis in morte christi que latebat in figuris veteris testamenti. Secundum alios vero non fuit velum qd erat in introitu templi: sed veluʒ qd erat intra templum inter sanctum ⁊ sanctum sanctorum ⁊ scissio eius idē signat ꝙ prius dictum est. Hoc dicunt communius doctores de vtroqʒ vero velo dictum. fuit plenius Exo. xxv. capi.

h Et terra mota est: quasi non potens sustinere mortem christi.

i Et petre scisse sunt: in signum huius ꝙ corda q̄ʒtumcunqʒ dura, deberent Christo morienti compati. k Et monumenta aperta sunt ex terre motu ad denotanduʒ ꝙ resurrectio christi propinqua erat ⁊ aliorum cum ipso resurgētium. l Et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt non tunc quando monumenta aperta sunt. scilicet hora mortis christi: sed postea quando resurrexit: quia cum eo surrexerunt tanq̄ʒ testes sue resurrectionis. ⁊ hoc est ꝙ subditur.

m Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius. idest christi.

n Uenerunt in sanctam Ciuitatem hyerusa/lem que dicebatur sancta propter templum di uino cultui deputatum q erat ibi.

o Et apparuerunt multis .ad declaratio nem dominice resurrectiōis.

de monumētis post resurrectionem eius[m].venerunt in sanctam ciuitatē[n]:⁊ aperuerūt multis[o]. Centurio[p] autem ⁊ qui cum eo erant custodientes Jesum:viso terremotu ⁊ his que fiebant timuerunt valde dicentes. Uere filius dei erat iste[q].Erāt autē ibi:mulieres multe[r]: q̄ secute erant iesuꝫ a galilea[s] ministrantes e[t]:inter quas erat maria magdalene:[v] ⁊ maria Jacobi ⁊[x] Joseph:⁊ mater filiorum zebedei. Cuꝫ[y] autem sero factuꝫ esset[v] venit quidam homo diues[z] Abarimathia[⁊]:nomine ioseph[?] qui ⁊ ipe discipul⁹ erat iesu[ꝑ].Hic accessit ad Pilatuꝫ[a]:⁊ petiit corp⁹ iesu[b].Tunc pilat⁹ iussit r̄ddi corp⁹[c]

p Centurio.hic ponitur assisten//tium confessio. Et primo Centurio/nis ⁊ sue societatis qui vidētes signa predicta in morte Christi cōfessi sūt veritatem sue di/nitatis dicentes.

q Uere filius Dei erat iste:⁊ per consequens eius/dem nature cum eo. Secundo po/nitur cōfessio mu/lierum deuotaruꝫ que confitebantur eum facto in quātum assistebant ipsi morienti: q non audebant facere apostoli:quia solus Jo annes legit ibi stetisse ⁊ h̄ ē qd̄ d̄r. r Erāt āt ibi mulieres multe a longe.Contrarium vide tur Joannis.xix.capi. Ubi dicitur qd̄ stabant Juxta Crucem.Dicendum q erant longe re/spectu militum christum crucifigentium ⁊ cu/stodientium:sed prope erāt respectu aliorum/ astantium non erant ei ita longe quin possent eum loquenteꝫ audire quando dixit matri sue. Mulier ecce filius tu⁹ ⁊c. s Que secute erāt Jesum a galilea: ex deuotione q̄ꝫ habebant ad audiendum verbum.

t Ministrantes ei: necessaria vite sue de facultatibus suis. Jste enim erat mos iudeo/rum qd̄ necessaria vite administrabant docto/ribus.

v Jnter quas erat Maria magdalene sic no minata amagdolo castello.

x Et maria iacobi ⁊ Joseph mater ista erat soror marie matris christi. y Et mater filioꝝ zebedei. scilicet iacobi ⁊ Joannis.

y Cum sero factum esset.,Hic describitur ipsi⁹ christi mortui deuota tumulatio: vbi duo ponuntur Primum est sepelientium deuotio Sm iudeorum malignantium machinatio:ibi:

Altera autem die Circa primum aduertenduꝫ q licet mors christi fuerit ignominiosa vt pa/tet ex predictis.Sepultura tamen eius fuit no bilis ⁊ sumptuosa cuius ratio est.quia passibi/litatem ⁊ humanitatem assumpsit christus pro pter nostram re/demptionem ⁊ iō ipsa completa in sua morte predi//cta debuerunt ces sare:⁊ ea que seq̄/bantur quodam//modo ad glori//am sue resurre//tionis pertinere vtrumque autem: fuerat predictum per Jsai. prophe/tam de turpitu//dine mortis eius. Jsai.liij.Tanquaꝫ ouis ad occisio//nem ducetur ⁊c. Et sequitur ibidem Cum sceleratis deputatus est.De nobilitate sepulture eius dicitur. Jsai. xj.capi.Radix iesse que stat in signū populorū ipsum gentes de precabuntur.⁊ erit sepulchrū eius gloriosum:hoc est ergo qd̄ dicitur hic.

y Cum sero factum esset.qua circa vesperam ferie sexte depositus est de cruce.

z Uenit quidam homo diues.⁊ propter hoc potuit de facili accedere ad Pilatum:⁊ q2 erat nobilis:⁊ vnus de curia vt habetur Luce. xxiij.capitulo.

⁊ Abarimathia.Jsta est ciuitas que pri/mo Regum dicitur Romatha de qua fuit ori/undus.Samuel.

? Nomine ioseph.nomen autem eius expri mitur quia erat homo famosus.

ꝑ Qui ⁊ ipse discipulus erat iesu.occulte tamen ne expelleretur de sinagoga: quia Sm qd̄ dicitur Joannis.xij.capitu.Ex principibus multi crediderunt in iesum:Sed propter pha riseos nō ꝯfitebant̄ ne de signagoga eicerent̄.

a Hic accessit ad pilatum:deposito enim ti/more confidenter.

b petiit corpus iesu .ad sepeliendum ho/norifice.

c Tunc pilatus iussit reddi corpus.tum quia

Et accepto corpore Joseph[a]: inuoluit illud in syndone munda: ⁊ posuit illud in monumento suo[b] nouo[c]: qđ exciderat in petra[d]. Et aduoluit saxum[e] magnuꝫ ad hostium monumenti[f] ⁊ abijt. Erat autē ibi maria magdalene ⁊ altera maria sedentes cōtra sepulchrum[g]. Altera autez die que ē post parasceuen[h]: conuenerunt principes sacerdotum ⁊ pharisei ad pilatnm dicētes. Domine recordati sumus[k] ꝙ seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgā. Jube ergo custodiri sepulchruꝫ vsqꝫ in diem tertium: ne forte veniant discipuli ei⁹ ⁊ furentur euꝫ: ⁊ dicāt plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissim⁹ error peior priore. Ait illis pilatus habetis custodiam[l]. Jte custodite sicut scitis. Jlli autē abeuntes munierunt sepulchrū[m]: signātes lapidem[n] cum custodibus.

Joseph erat homo valens ⁊ nobilis ꝓpter qđ pilatus petitioni eius voluit acquiescere: tū qꝛ sciebat xp̄m crucifixuꝫ iniuste. a Et accepto corpore Joseph inuoluit in syndone mūda: hˀ ē in pāno lineo mundo: ꝓpꝫ qđ corpus xp̄i non ɔsecraꝫ ī altari super pānū sericum sed lineū: qꝛ corp⁹ xp̄i ī sepulchro tali pāno fuerat iuolutum. b Et posuit in monumento suo. quod erat sumptuose factū. c Nouo. qꝛ si aliquis fuisset ibi āte sepultus calūniari posset a iudeis ꝙ ille surrexissꝫ ⁊ non christus. d Qđ exciderat in petra: eadē rōe factū est hoc ne si xp̄s fuisset sepult⁹ in terra dicereꝫ a iudeis ꝙ discipuli rapuissent corpus eius fodientes in terra desubtus ꝑ viam subterraneā. e Et aduoluit saxum magnuꝫ. qđ nō posset de facili moueri: ne aliqs veniēs posset rapere corpus xp̄i. f Ad hostiū monumenti. Monumentū illud factum erat ad modum cuiusdā domūcule: in cuius medio erat sepulchrum. ⁊ ī domūcula erat quoddā hostiolū ad habendū illuc ingressum. g Erat āt ibi. Maria magdalene ⁊ altera maria assistentes sepelientibus christū ex deuotione ad vidēdū qualiter possent reuerti ad ip̄m inungenduꝫ. h Altera autem. Hic poniꝫ iudeoꝝ machinatio: qꝛ impetrauerūt custodiri sepulchrum ne discipuli christi raperent corpus eius ⁊ diuulgarent eum resurrexisse: sed quia non est consilium ɔtra dominum: vt dicitur Prouer. xxj. c. ideo factum iudeorum magis fecit ad oppositum scꝫ ad certitudinem dominice resurrectionis: quia ab ipsis custodibus testificata est: vt habetur sequenti cap. ⁊ hoc est magnum scilꝫ habere testimoniū ab aduersarijs: dicit ergo. h Altera die que ē post parasceuen. idest sabbato: quia feria sexta in qua passus est christus dicta est parasceues: idest preparatio: quia de illa die preparabantur cibaria pro sequēti die in crastino igitur dominice passionis. i Conuenerunt principes sacerdotū: ⁊ pharisei ad pilatū dicētes. k Domine ⁊c̄. Et pꝫ vsqꝫ ibi. l Ait illis pilat⁹ habetis custodiaꝫ idest cōcedo ꝙ accipiatis millites ad custodiendum eū pro voluntate vestra. m Jlli autez abeuntes munierūt sepulchrum. militibus armatis. n Signantes lapidem. sigillo suo ne aliquis posset īgredi sine scitu eorum ⁊c̄.

Expositio moralis.

¶ Mane autem facto ⁊c̄. sequiꝫ tūc videns iudas ꝙ dānatus esset ⁊c̄. Origen. Si autem locum penitentie requisisset ⁊ tempus penitentie obseruasset forsitan inuenisset eum qui dicit. Nolo mortem peccatoris: sed magis vt conuertaꝫ ⁊ viuat. Emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinoꝝ: Augu. Peregrinis ī qua sine domo: patria: ⁊ toto orbe exules iactanꝫ requies christi sanguine prouideꝫ. Jstos aūt peregrinos dicimus esse deuotissimos christianos q renūciantes seculo ⁊ nihil possidentes in mūdo in xp̄i sanguine reqescūt Jesus aūt stetit ante presidem ⁊c̄. seqꝫ. Et nō respondit ei ad vllum verbū: ratio dicta est cap. precedenti: ſm Augustinū ⁊ Hiero. Uel ideo nihil respondit ne crimen diluens dimittereꝫ a preside ⁊ crucis vtilitas differretur. Principes autem sacerdotum ⁊ seniores persuaserūt populis ⁊c̄. Origen. Est ⁊ nunc viderr quomodo populus iudeorum a senioribus suis et iudaice culture doctoribus suadeꝫ ⁊ excitaꝫ aduersus iesum vt ꝑdant eū. Et hodie in locis plurib⁹ fit ideꝫ aduersus mēbra ei⁹: Innocēs ego sum a sanguine iusti hui⁹. Leo papa. Excessit ğ

Pilati culpam facinus iudeorum sed nec ipse
euasit reatum qui reliquit proprium iudiciuz:
⁊ in crimen transijt alienum. Tunc dimisit eis
Barabam ⁊c̃. hylarius. In quo archanum infi
delitatis future ostenditur scilicet antichristuz
christo preferendum. Tunc milites presidis
suscipientes iesum ⁊c̃. Christofo. Que igit̃ erit
nobis cura de cetero si contumelias ab aliquo
patiamur: postq̃ꝫ christus hoc passus est. eteniz
ꝙ fiebat in christo vltimus contumelie termi/
nus erat: nec vna particula tantum sed vniuer
sum corpus patiebatur iniurias. Capud per co
ronam ⁊ arundinē ⁊ colaphas facies: quia con
spuebantur gene ⁊ alapis cedebantur: Corpus
totum per flagella denudatum ⁊ circundatio/
nem clamidis ad fictam adorationem: Man⁹
per arundinez quam dederunt ei pro sceptro:
ac si timerent ne pretermitterent aliquid gra/
uissime presumptionis. Moraliter. Rabanus:
Caput christi deus igitur calamo christi caput
percutiunt qui diuinitati eius contradicentes
errorem suum auctoritate sacre scripture que
calamo scribitur firmare conantur: Spuunt in
faciem eius qui presentiam gratie sue verbis
execrandis respuunt ⁊ eum in carne venisse de
negant. falso autem illum adorant qui eum cre
dunt sed peruersis actibus despiciunt: Et duxe
runt eum vt crucifigeretur: extra ciuitatem vt
per hoc ostenderetur qꝺ pro totius mundi sa/
lute patiebatur. Hebreoꝝ. xiij. cap. Jesus vt san
ctificaret populum suum extra portam passus
est. Exeuntes autem inuenerunt hominem ci/
reneum ⁊c̃. Hierony. mistice crucem suscipiūt
rationes ⁊ peregrinus obediens portat igno/
miniam saluatoris. Et dederunt ei bibere vinū
cum felle mixtuz ⁊c̃. hoc moraliter faciunt qui
mēbra eius amaritudinibus affligunt Diuise/
runt vestimenta eius ⁊c̃. hoc nequiter atten//
dant qui ecclesias spoliant. tūc crucifici sunt cū
eo ⁊c̃. Remigius. Per istos duos latrones de
signantur omnes qui artioris vite continentiā
apprehendunt: quicūq̃ꝫ eniz in intentione pla/
cendi deo hoc faciunt designantur per illum
qui a dextris christi crucifixus est: qui vero ꝓ
appetitu laudis hunc: vel aliqua minus digna
intentione per illum q̃ a sinistris: ꝑtereuntes
aūt blasphemabant ⁊c̃. sic ⁊ mō qui viam ꝑter
grediuntur iustitie nō cessant illū blasphema/
re. Si filius dei es descende de cruce. Raban⁹.
Si aūt tūc de cruce descenderet virtutez pacie
nō demonstraret. sed expectauit paululū irri/
sionem sustinuit: ⁊ qui de cruce descendere uo/
luit de sepulcro resurrexit. A sexta autem hora
⁊c̃. Origine. Sicut moyse extēdente manus ī
celū secute sūt tenebre super egiptios: sic ⁊ xp̄o
hora sexta manus extēdente in cruce ad celum
sup̱ populū q̃ clamauerat crucifige eū facte sūt
tenebre ⁊ oī lumine ꝓuati sunt in signū futuraꝝ
tenebraꝝ q̄ apprehen sure erant iudaicam gen
tem. Deus meus vt quid dereliqsti me glosa:
subtraxit captionem: sed non soluit vnionem.
Sic martires in manibus carnificuz dereliqt
quos tñ charitate firmissima sibi iunxit. Jesus
aūt clamans voce magna emisit spirituz. Ostē
dens ex clamore super naturali qꝺ ex maxima
charitate tradidit nostre salutis preciuz. Et ec/
ce velū templi scisum est ⁊c̃. Dei tēplū est fide-
lis aīa. Prio corin. iij. cap. Templū dei sanctuz
est: qꝺ estis vos. Cuius velum scinditur quan/
do velamen hypocrisis dissipatur: terra moue
tur quando terrenum desiderium in amorem
celestium cōmutatur: ⁊ petre scinduntur quan
do duritia cordis per pietatem emollitur. Et
mortui resurgunt quando somnus pigritie ad
boni operis exercitium excitatur. Cum sero fa
ctum esset ⁊c̃. sequitur. Et petijt corpus iesu. ille
corpus domini postulat q̃ pro digna receptio/
ne eucharistie deum supliciter exorat. Et inuo
luit syndone munda quando recipit mente pu
ra. Et ponit in monumento nouo. i. in corde p̱
gratiam renouato. Et aduoluit saxum magnuz
ad hostium: quando ponit diligens obstaculuz
contra peccati recidiuum. Et mulieres sedent
contra sepulcrum cum anime deuote conside/
rant passionis christi misterium. Altera autez
die ⁊c̃. sequitur Jube ergo custodiri sepulcrum
⁊c̃. Notandū ꝙ volentes impedire diuinaz ꝓ
uidentiam contra suam intentionem promo/
uent illam: sicut fratres ioseph vēdiderunt ip/
sum ne adorarent eum: ⁊ per hoc cōpulsi sunt
eum adorare ꝭm ordinem prouidentie diui/
ne: sic principes iudeorum volentes impedire
celebritatē nois christi fuerūt valde diligētes
de custodia sepulcri: ⁊ per hoc celebrata est fa/
ma de vitate sue resurrectiōis ⁊ p̱ ꝯñs sui nois
Et erit nouissim⁹ error peior priore: veritatez
ignoranter dixerūt: sicut ⁊ Cayphas. naz error
eoꝝ q̄ milites pecūia corruperī vt furatū corp⁹
xp̄i mētirēt: peior fuit errore q̄ petiuerūt custo/
diā sepulchri ne discipli corp⁹ xp̄i furrarēt. ⁊c̃.

Expositio litteralis.

PRo declaratiõe huiꝰ lectiõis euãgelice ẽ itelligẽdũ: ꝙ occasio mortis xp̄i fuit iuidia iudeoꝝ ex fama ꝛ gloria xp̄i. Diuiditur hec lectio euãgelica i duas: quia primo ponit glorificatio christi ab amicis familiaribus: secundo a turbis vulgaribus ibi Cognouit ergo turba: Prima adhuc i duas: quia primo ponit obsequium christi factum ab amicis in generali secundo a Maria i speciali: ibi: Maria ergo. In pma parte dicit sic.

Feria .ij. post dominicã palmarum. Euangeliũ ꝯm Joannem .xij. capi.


In illo tempore. Ante sex dies pasce[a]: venit iesus bethaniã[b]: vbi lazarus fuerat mortuus. quẽ suscitauit iesus[h]. Fecerunt autem ei cenam ibi[c]: ꝛ Martha ministrabat[d] Lazarus vero vnꝰ erat ex discumbentibus cũ eo[e]. Maria ergo[f] accepit liberam[g] vnguenti nardi[h] pistici[i]. preciosi[k]: ꝛ vnxit pedes Jesu: et extersit pedes eius capillis suis[k]:

a Ante .vj. dies pasce. Immediate enim post suscitationem Lazari Judei diffinierunt occidere Christum: vt predictum est ꝛ Ideo recesserat quousqꝫ appropiquaret pascha: i. quo imolabatur agnus paschalis vt sic christus: qui est agnus verus imolaretur pro nobis: imediate post imolationem agni paschalis figuralis: vt veritas figure succederet. b Uenit bethaniã que ẽ prope hyerusalẽ ad duo miliaria vbi Lazarus fuerat mortuꝰ quẽ suscitauit Jesus. Illuc enim venit vt ex memoria miraculi ibidem facti turba populi moueretur ad eum honorifice recipiendum in hyerusalem ante passionem suam: sicut fuerat predictuꝫ per Zacha. prophetam. ix. capi. Exulta filia Syon Jubila filia hyerusalem Ecce Rex tuus venit ꝛc̈. c Fecerunt autem ei cenam ibi: Homines illius loci: ꝛ fuit hec Cena in domo Symonis leprosi: vt cõmuniter tenent doctores: fuerat tamẽ prius a xp̄o curatus: sed nomen remanserat ad memoriam miraculi. Origenes auteꝫ dicit ꝙ illa Cena fuerat in domo marthe. q̄ probat ex eo qd̄ subditur. d Et martha mĩstrabat: Sed potest dici ꝙ iste Symon erat vicinus marthe: ꝛ propter hoc ipsa ministrabat in domo eius sicut homines solent facere in domibus amicorum suorũ ꝛ maxime propter reuerentiam ipsius Christi comedentis ibideꝫ. e Lazarus vero vnꝰ erat ex discumbentibus cum eo: inuitatus a Symone. Hoc autem factum est ad declarationẽ veri miraculi de eius suscitatione. f Maria autẽ. hic describitur obsequium christo impensum a Maria in speciali: quia postponitur marie deuotio. Secũdo Jude idignatio: ibi Dixit ergo vnꝰ. Tertio eius reprehensio: ibi: dixit ergo ihs. In pma ergo parte dicitur sic. f Maria ergo .s. soror lazari. g Accepit librã: in quo notat quantitas vnguenti non est verisimile qd̄ esset aliquid grosse materie. sic vnguenta communiter dicta: quia indecens esset: tale quid ponere super caput hominis sedentis in mensa. Maria autem non solum vnxit pedes dñi. Sed etiam caput vt matheus. exprimit. xxvj. capi. Et marcus. xiiij. licet hic omittatur. Et ideo dicendum ꝙ hic vocatur vnguentum liquor preciosus de aromatica hreba expssus sicut aqua rosacea de rosis exprimitur. Aliter dicitur ꝙ fuit lacrima fluens naturaliter de arbore aromaticha. h Nardi: nomen est herbe nigre aromatice habentis. spicas: propter hoc dicitur. marci. xiiij. capi. Nardi spicati. ꝛ de illis spicis extrahebatur liquor predictus p artificium vel nãm ꝯm alios. i Pistici. ꝯm Augustinum Nomen est loci vbi crescit herba vnde talis liquor exprimitur. sed melius dicitur pistici idest fidelis: pistis enim grece fides est latine hoc est dictum ꝙ ille liquor erat purus ꝛ verus non habens aliquid aliud admixtum. nec sophisticatus. k Preciosi: que valebat trecentos denarios vt habetur marc. xiiij. capi. idest trecentos nũmos vsuales: erat enim liquor ille refrigeratiuus ꝛ confortatiuus mẽbrorum ꝛ consolidatiuus. k Et vnxit pedes iesu ꝛ extersit capillis suis pedes eius ordine conuerso factum fuit q̄ꝫ hic scribatur quia primo lauit pedes eius ꝛ extersit ꝛ postea vnxit.

Et domus impleta ẽ ex odore vnguẽti: ex quo patet preciositas vnguenti ꝛ deuotio marie expedientis rem tam preciosaꝫ in obsequꝫ domini. Utrum autem ista fuit mulier de qua

Et domus impleta est ex odore vnguēti[l]. Dixit ergo vnus[m] ex disci pulis suis[n]. Judas scha riothis: qui erat eū tra ditur[o]. Quare hoc vn guentum non venit tre centis denarijs[p]: ⁊ da tum est egenis[q]? Dixit autem hoc[r]: nō quia de egenis pertinebat ad eum[s]: sed quia fur erat[t] ⁊ loculos hn̄s ea que[v] mittebātur portabat[x]. Dixit ergo iesus[y]. Sini te illam vt in diē sepul/ ture mee seruet illud[z]. Pauperes .n. semꝑ habe bitis vobiscum[?]: me au tem nō semꝑ hēbitis[?].

narrat lucas dictum fuit capi. precedenti. m Dixit ergo. Hic ponitur iude murmuratio cum dicitur. n Unus ex discipulis eius iu/ das schariotis: hoc dicitur ad differentiam al/ terius iude. o Qui erat eū traditurus: licet eni primo fuerit bonus quando vo catus fuit ad apla tum vt supra dcm̄ est: tamen postea lapsus est in pecca to ꝙ autem domi/ nus in sua societa/ te tollerauit eum dedit nobis exem plū tollerandi ma los. p Quare hoc vn guentū non venit trecētis denarijs idest venditur vnde versus De re q̄ venijt gra tia nulla venit: habet eni sensum passiui sub vo ce actiua. q Et datum est egenis: hoc dixit simulans pietatem ad operiendum suam cupi ditatem propter qd̄ subdit euangelista. r Di/ xit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum .i. de illis non curabat licet enim porta ret ea que dabantur christo ad dandum paupe ribus non tamen faciebat sed retinebat sibi. iō subditur. s Quia fur erat ⁊ loculos habens in quibus abscondebat ea que debebat ī alios vsus expendi vnde subditur. t Ea que mit tebantur .i. christo dabantur ad subueniendū necessitatibus christi ⁊ discipulorum eius ⁊ ad dandum pauperibus. v Portabat .i. officiū portandi ⁊ seruandi habebat ad istos vsus: licꝫ hoc infideliter ageret. ex hoc patet ꝙ christus ⁊ discipuli eius de elemosinis viuebant. Sciē/ dum etiam qd̄ ista portatio pecunie in via nō pertinet ad perfectionem. sed christus hoc fa/ ciendo suscepit personam infirmorum eis con descedentis: sicut fecit se abscondendo a iudeis vt supra dictum est. viij. ⁊ x. capi. Et hoc habe/ tur extra de verborum significatione libro sex/ to capi. Exijt qui seminat. ⁊ propter hoc male arguunt illi qui ex hoc loco dicūt ꝙ habere ali qua mobilia in communi ad perfectionē per tineat. ¶ Questio. Quare christus permisit iu dam portare pecuniam relictam cum sciret eū latronem Dicendum ꝙ a principio quādo fuit sibi traditum portandi officium latro non erat ⁊ q̄uis christus sciret eum futurum latronem. tamen tradidit sibi istud officium quia minor erat inter apostolos alios. propter qd̄ vltimus inter eos nominatur vt pꝫ math. x. c. Et marci iij. talibus autem tēporalia sunt tra/ dēda. maiores au tē debēt circa do ctrinā ⁊ spiritua/ lia occupari pro/ pter qd̄ in ꝑmiti/ ua ecclesia aposto li septē dyacones ordinauerunt sub eis ad temporalia administrāda vt ipsi apostoli libe/ rius possent inten dere orationi ⁊ ꝑ/ dicationi: vt hētur actuū. v. caplo. y Dixit ergo. Hic ponit iude reprehēsio cū dr̄. z Sini te illā q̄si dicat nō habetis cām sufficientē mur murandi q2 egit opus. bonū. vnde pꝫ ꝙ iudas non solum murmurauit sed ēt alij discipuli vt habet mathe. xxvj. capi. ⁊ marci. xiiij. Uerūta/ men q2 fuerunt incitati ꝑ iudā. ⁊ iterū moti pie tate. iude aūt cupiditate ideo Joānes solū no/ minauit iudā. ⁊ vt in diē sepulture mee seruet illud. non loqtur de hoc ꝙ iaꝫ erat effusum sed de alio simili. q. d. illud qd̄ sepultura mea ꝑpa/ rauit illud reseruabat q2 nō poterit illud ī me expendere preuenta acceleratiōe resurrectio/ nis mee q2 q̄n venit ad monumētū ad vngēdū corpꝰ dn̄i cū xp̄s iā resurrexit vt pꝫ īfra ca. xx. math. āt hꝫ expꝛ̄ssius dicit ꝑuenit vngē copꝰ meū in sepulturā ⁊ iō exprimit hic obscuriꝰ cū dr̄. z Sinite illā vt in diē sepulture mee ⁊c. q̄si di/ cat dimittēda ē nūc facē ꝙ tūc facēt si posset. ⁊ illud vnguētū tūc ꝓuabit ī loco istiꝰ nunc in me expēsi ⁊ q2 iudas ita murmurādo ⁊ alios ad hꝫ īcitādo cām pietatis ꝑtēderat. iō hāc excludit dicēs. ⁊ Pauꝑes .n. sꝑ hētis vobiscū. q. d. pōt recuꝑare ad bn̄faciēdū pauꝑibꝰ. sꝫ n̄ poterat re cuꝑare ad inungēdū me corꝑalr̄ ꝑꝑ ꝙ seqr̄. ? Me āt nō sꝑ hēbitis. s. ꝑn̄tia corꝑali ad hn̄ādū in carne passibili q̄ idiget tali vnctiōe ꝑ hꝫ pꝫ ꝙ aliqd̄ opꝰ minꝰ necessariū pōt ꝑponi magis ne cessario quando imminet casus quod illud mi nus necessarium non potest alias recuperari.

a Cognouit ergo turba. Hic cōsequenter ostē
ditur qualiter christus fuit honoratꝰ a turbis
visitando eum cuȝ dicitur. a Cognouit ergo
turba multa ex iudeis q̄d illic esset. Bethania
enim erat prope hyerusalem ad vnam leucam
⁊ ideo defacili po
terat hoc cogno-
scere. b Et vene
runt non propter
iesuȝ tm̄. in hoc in
nuitur duplex cā
vna propter ipsuȝ
iesum reuerenter
visitandum. Alia
que subditur.
c Sed vt Lazar͂
viderent quē susci
tauit a mortuis. fa/
cta eniȝ mirabilia
libenter videntur
Mirabilissimum
autem erat videre quadriduanuȝ mortuuȝ su/
scitatum comedentem ⁊ bibentem ⁊ alia ope/
ra facientem. sperabant etiam audire ipsuȝ re/
ferentem statum alterius vite quā omnes sci/
re desideārt.

Cognouit ergo turba
multa ex iudeis[a]: quia
illic esset ⁊ venerūt[b] nō
propter iesum tm̄: sed
vt Lazarum viderent
quem suscitauit a mor
tuis[c].

Feria. iiij. post domini-
cam palmaruȝ Passio
dn̄i nostri iesu christi s̄ꝫ
marc. xiiij. capi.



In illo tē-
pore. Erat
autem pa-
sca[a] ⁊ azia
post bidu-
um. Et querebant sū-
mi sacerdotes ⁊ scribe
quō iesuȝ dolo tenerēt
⁊ occiderent. Dicebāt
enī. Nō ī die festo. Ne
forte tumultꝰ fieret in

Expositio moralis.

Jesus ḡ an̄ sex dies pasce. Alcuinꝰ. mistice: ꝙ an̄
sex dies vēit. Betthaniā significat ꝙ ille q̄ sex
diebꝰ oīa fecēat ⁊ sexto die hoīeȝ creauerat ipe
sexta mūdi etate. sexta feria. sexta hora redimē
mundum venerat. maria ergo accepit libram
vnguēti: ⁊c̄. Exponatur sicut supra mathe. xxvj.
capi. Marci. xiiij. Ista autem est expositio mar
ci. Sinite illam eius approbando operationeȝ
⁊c̄. Aliam expositionem. s. mathe. non inueni
¶ Questio fratris Antonij betontini.
Domus ipleta ē ex odore vngueti Jo. xv. ca.
Super quibus verbis queritur a doctoribus.
Quando. s. sit iteranda cōfessio. Ad q̄d sanctus
Bona. Ric. ⁊ Asteranus libro. v. tit. xviij. Di/
cunt ꝙ in pluribus casibus: iterāda est. Ut pri
mo si sacerdos non potuit absoluere: argumen
tum: est cap. Ex hoc: xxxiij: q. ij. cap. Latorem. se
cundo si instituit discernere. ⁊ ideo querēdus
est sacerdos sciens ligare ⁊ soluere vt Augusti
ait in libro de pnīa disti. vj. cap. qui vult. vbi di
citur. Qui vult confiteri peccata sua vt īueniat
gratiam querat sacerdotem scientem ligare ⁊
soluere cum negligens cōtra se extiterit negli/
gatur ab illo. qui eum misericorditer monet ⁊
petitt. ne ambo in foueam cadant. Tertio si cō/
temsit vel neglexit satisfacere ⁊ oblitus est satis
factionem iniunctam. nam si sciret eam ⁊ īple/
re vellet confessio
nem iterare tene/
tur qui confessus
est non contritus
cristens in propo
sito non deferen/
di peccatuȝ. Sunt
alij duo casus vnꝰ
est propter pecca
ti obliti recorda/
tioneȝ. Alius pro/
pter recidiuatio/
nem in quibus sa/
num consiliuȝ eēt
ꝙ penitēs omnia
iteraret quādo sa/
cerdotem mutat vel quando reuertitur ad eū/
dem qui propter diuturnitatem peccati eius ē
oblitus: non credo tamen ꝙ tenentur nisi in ge
nerali alia peccata narrare vt si dicat vel se pe
casse ⁊ confessum fuisse: ⁊ sibi talem penitentiaȝ
iniunctam fuisse ⁊ sic satis poterit eius condi/
tio ⁊ ingratitudo tm̄ addit se nuper hoc cōmis/
sisse peccatum vel recordatum esse. Ultimo ite
randa est confessio si non fuit integra: q͛ scien/
ter penitens tacuit aliquod mortale peccatum
quia tunc non contritus apparet. Et ideo iterā
da est confessio: vt paulo ante dictum est.

Expositio litteralis

Erat aūt pasca. Postq̄ȝ descripta est re
ductio peccatoris in deū p mediatoris
p̄dicationem. Hic consequēter describitur: ea/
dem reductio per passionis sue redemptionē:
⁊ quia superius predixit passionem suaȝ per iu
deos inchoandam. ⁊ per gentiles consuman/
dam ad quos tunc pertinebat: iudiciuȝ sangui/
nis in Hyerusalem. ideo primo describitur eiꝰ
passio per iudeos inchoata. Secundo per gen
tiles consumata capi. sequenti. Circa primum:
quattuor per ordinem describuntur. Primum
est ipsius christi venditio non ex eius ignoran
tia sed ex eius prescientia ⁊ voluntate. secundo
venditi traditio non ex eius displicentia sed
charitate: ibi. Et primo die azimorum. Tertio

traditi comprehensio non ex sua impotentia sed mititate ibi. Sed adhuc eo loquente. Quarto comprehensi condẽnatio non ex sua iniustitia sed humilitate: ibi summi sacerdotes: Circa primam partem premittitur venditionis occasio que fuit duplex: prima sacerdotuz inuidia: et hoc ponit in pncipio secũda fuit iude auaritia qui voluit recuperare pretium vnguenti effusi: q̃ ponitur: ibi. Et cum eẽt bethanie. Tertio ponit ipsa venditio. ibi: et Judas schariothis: secunda pars pncipalis incipit ibi: et pria die azimorum vt dictuz est. Et diuiditur in quattuor: quia primo ponitur paschale conuiuiũ ad pditoris reuocationem: secũdo instituitur eucharistie sacramentũ ad charitatis vnionem: ibi Et manducantibus illis. Tertio predicitur discipulorum scandalum ad eorũ cõfirmationẽ: ibi: Et ait illi Jesus: oẽs vos scandalizabimini. Quarto describitur christi d̃sideriũ ad nostrã redemtionem: ibi: Et veniunt in pdiuz Tertia pars pncipalis huius capituli que incipit ibi. Et adhuc eo loquẽte. Diuiditur in tres quia primo describitur iude fraudulẽtia. scd̃o christi patientia: ibi: Unus autem de circunstãtibus. Tertio discipulorum ingnauia: tũc discipuli relicto eo fugieruat. Quarta pars pncipalis: que incipit ibi: Summi vero sacerdotes: diuiditur in quattuor: quia primo describitur accusatio christi per falsos testes. secundo eius condemnatio per iniustos iudices: ibi: Exurgens autem summus sacerdos. Tertio cõdemnati vituperatio per malignos satellites. Et ceperunt quidam conspu. euz. Quarto negatio Petri per tres vices ibi et cũ esset petrus. Sententia autẽ huius totius capituli patet ex dictis Matthe. xxvj capi. vbi ista sunt exposita eodẽ ordie quo hic ponũtur: et sub eisdez verbis pro magna parte et restat pauca exponẽda que discurrentur in prima parte pricipali: dicit. a Erat autez pascha et azima post biduum. Solẽnitas autem paschalis iudeorũ celebrat. xv. die primi mensis vt habetur Leui. xxiij. capi. Hec solennitas icipiebat a vespere. xiiij. diei qñ imolabatur agnꝰ. et tunc vescebant azimis vsqz ad septimum diem.

a Alabastruz vnguenti nardi spicati. Dicũt aliqui quod nardus est herba faciens spicas in cacumine de quibus extrahitur liquor optimus: sicut aqua rosacea d̃ rosis: et talis liquor vocatur hic vnguentum. Alij dicũt: quod est fructex vel arbor paruula. Et inde fluit vel extrahitur liquor modo predicto.

b Et prima die azimorum. De ista die est controuersia inter grecos et latinos: que plenius tracrata est. Matthe. xxvj. capitulo. Et Jo. xiij.

c Occurret vobis homo lagenam aquebaiulans. Jstud signum dedit eis ad inueniendũ locum pro cena creditur quod dominus illius domus esset discipulus christi occultus.

d Ubi est refectio mea. idest agnus paschalis quia dominus illius domus non solum proui/

populo. Et cum eẽt bethanie in domo symonis leprosi et recũberet venit mulier hñs alabastrũ vnguẽti nardi: spicati[a]: pciosi: Et fracto alabastro effudit super caput eiꝰ. Erãt aũt quidã idigne ferẽtes itra semetipsos et dicentes. Ut quid perditio ista vnguẽti fcã ẽ? poterat. n. vnguẽtũ istud venũdari plusq̃z trecẽtis denarijs et dari paupibꝰ. Et fremebãt i eã. Jesus ãt dixit. Sinite eã. Quid illi molesti estis? Bonũ opus opata est in me. Semp eni paupes habebitis vobiscũ: et cum volueritis potestis illis bñ facere: me ãt nõ semper hẽbitis. Qd̃ habuit hec fecit: puenit vngere corpus meũ in sepulturã Amen dico vobis vbicũqz predicatuz fuerit euangeliũ istud in vniuerso mundo: et qd̃ fecit hec narrabitur in memoriã eiꝰ. Et iudas scariothis vnꝰ de duodecim abijt ad summos sacerdotes: vt proderet euz illis. Qui audiẽtes gauisi sunt: et pmiserunt ei pecuniã se daturos. et qrebat quõ illuz oportune traderet. Et pria die azimorũ[b] quãdo pascha imolabant: dicũt ei discipuli. Quo vis eamus et paremꝰ tibi: vt mãduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis et dicit eis. Ite in ciuitatem et occurret vobis homo lagenaz aque baiulans[c]. Sequimini eum. Et quocũqz introierit dicite domino domus: quia magister dicit: vbi est refectio[d]

dit de loco: sz ēt d
agno. a Uobis
demonstrabit ce/
naculū. in illo ce/
naculo pascha co/
mederunt ⁊ in il/
lo post resurrectō
nem strauerūt di
scipuli ꝓpter me/
tum iudeorum: ⁊
in illo spiritū san
ctum receperunt:
in die pētecostes:
vt habetur: act. se/
cundo capi.
b Qui intigit me
cum manum in ca
tino: vas est fictile
ad refrigerandū
vinū: ⁊ in illo erat
ius lactucarum a/
grestium cū quo
carnes agni debe
bant comedi vt di
citur Exo. xij. cap.

mea vbi pascha cū di-
scipulis meis mãducē?
Et ipse vob demonstra
bit cenaculū grãde stra
tū[a]: ⁊ illic pare nob. Et
abierūt discipli ei⁹ ⁊ ve
nerūt i ciuitatē ⁊ iuene
rūt sicˀ dixerat ill': ⁊ pa-
rerūt pascha. Uespere
aūt facto: venit cū duo
deci ⁊ discūbētib⁹ eis ⁊
mãducantib⁹ ait iesus.
Amē dico vob: q̄ vn⁹
ex vob tradet me: q mã
ducat mecū At illi cepe
rūt ↄtristari ⁊ dicē ei si
gilati Nūqd ego? Qui
ait ill': vn⁹ ex duodeci q
itigit mecū manū i cati
no[b] Et fili⁹ qdē hoīs va
dit sicut scriptū ē de eo.
Ue aūt hoī illi: p quē fi
li⁹ hoīs tradet'. Bonū
erat ei si nō eēt nat⁹ hō
ille. Et mãducãtib⁹ illis
accepit ihs panē ⁊ bñdi
cēs fregit: ⁊ dedit eis ⁊
ait. Sumite hoc ē corp⁹
meū: ⁊ accepto calice:
gr̃as agēs dedit eis: ⁊ bi
berūt ex illo oēs. Et ait
ill'. Hic ē sãguis me⁹ no
ui testi q p mltis effun-
det'. Amen dico vob q
iã nō bibã d genimie vi
tis vsq; i diē illū cū illd
bibã nouū i regno dei.
Et hymno dicto: exiert
i mōtē oliuaꝝ: et ait eis
ihs Oēs scãdalizabimi
i me in nocte ista q̄ scri
ptū ē Percutiã pastorē
⁊ dispgēt' oues Sz post
q̄z resurrexero p̄cedam
vos i galileā. Petr⁹ āt
ait illi: ⁊ si oēs scãdaliza
ti fuerit: sz nō ego. ⁊ ait

illi ihs. Amē dico tibi:
q̄ tu hodie i nocte hac
pri⁹ q̄z gall⁹ vocē bis de
derit: ter me es negatu
r⁹. At ille āpli⁹ loqbat':
⁊ si oportuerit me sil' cō
mori tibi: nō te negabo
Silit' āt: ⁊ oēs dicebant
⁊ veniūt i prediū cui no
mē getsemãi ⁊ ait disci/
pul' suis. Sedete h do-
nec orē. ⁊ assumit petrū
⁊ iacobū ⁊ ioãnē secū. ⁊
cepit pauē ⁊ tedē. ⁊ ait
ill'. Tristis ē aīa mea: vs
q̄z ad mortē: sustinete h
⁊ vigilate. ⁊ cū pcessisz
paululū: pcidit sup trã
⁊ orabat vt si fieri possz
trãsiret ab eo hora ⁊ di
xit: Abba pat': oīa tibi
possibilia st' trãsfer cali-
cē hunc a me. Sz nō qd
ego volo: sz q tu. ⁊ veit
⁊ iuenit eos dormiētes
⁊ ait petro: Symō dor-
mis? Nō potuisti vna
hora vigilare? Uigilate
⁊ orate: vt nō itretis i tē
tationē. Spūs qdē prō
pt⁹ ē: caro vo infirma. ⁊
iterū abiēs orauit eūdē
smonē dicēs. ⁊ reuersus
dnuo iuenit eos dormi
entes. Erãt. n. ocli eorū
grauati: ⁊ ignorabant
qd rñderēt ei. ⁊ veit ter
tio: ⁊ ait illis. Dormite
iā ⁊ reqescite. Sufficit
veit hora ecce fili⁹ hoīs
tradet' in man⁹ pctōrū
surgite eam⁹: ecce q me
tradet ꝓpe ē. Et adhuc
eo loquēte iudas venit
scharioth vn⁹ d duode
ci ⁊ cū eo turba mlta cū
gladijs ⁊ lignis missi a

c Abba pater
Idem significan
tamen vnum est
grecum ⁊ aliud la
tinum.

a Scripsit autem. Hic ponuntur quedam cõsequentia ad Christi crucifixionem: ⁊ sunt tria: quia primum pertinet ad Pilatum. Scdm ad milites crucifigentes Jesum. Tertium ad parẽtes christi existentes prope eum. Scdm ponitur ibi. Milites autem. Tertiũ ibi Stabant autem. Circa primũ sciendum ꝙ modus romanorum erat scribẽ causaz mortis crucifixoruz super lignuz crucis iudei autem cõtra voluntatem Pilati petierunt Christum crucifigi vt patet ex predictis ⁊ ideo per talem modum scripsit titulum: vt redundaret in verecundiam eoruz: ⁊ hoc est ꝙ dicitur.

a Scripsit autem ⁊ titulum Pilatus. in quadam carta tabule affixa. b Et posuit sup crucẽ. illã tabulã. b Erat autem scriptum: Jesus: in quo exprimitur nomen proprium. c Nazarenus. quo ad patriam: quia ibi fuit nutritus vt dictum est. d Rex iudeorũ. in quo exprimitur causa mortis.

e Hunc ergo titulum multi iudeorum legerunt. ⁊ causa subditur: quia prope ciuitatẽ erat locus vbi crucifixus est Jesus: ⁊ multi de ciuitate poterant defacili illuc venire.

f Et erat scriptum hebraice: grece: ⁊ latine. vt omnes qui de diuersis partibus orbis ad festum paschale venerant possent illum legere. Uenerunt enim ibi aliqui gentiles vt supra dictum est. cap. xij. ⁊ ideo titulus fuit scriptus in tribus linguis principalibus.

g Dicebant ergo Pilato pontifices iudeorũ noli scribere rex iudeorum. quia videbant ꝙ talis modus scribendi redundabat in verecũdiam eorum: et maxime propter gentiles qui hoc verbuz erant reportaturi ad diuersas partes orbis. ⁊ ideo voluerunt titulum sic corrigẽ.

h Sed quia ipse dixit rex sum iudeorum. hoc enim modo non sonaret in eorum verecundiam. i Respondit Pilatus qd scripsi scripsi. qd scripserat confirmando ne fortuitu factum est hoc: sed diuina preordinatione: qa hoc erat ante prophetatum propter quod psal. lviij. qui loquitur de passione Christi ⁊ duo psal. pcedẽtes sic intitulantur: ne corrũpas tituli inscriptionem: ⁊ ideo titulus crucis Christi tripliciter descriptus non fuit mutatus: sed magis confirmatus.

k Milites aũt. hic ponitur scdm consequens ad Christi crucifixionem: ⁊ pertinet ad milites qui crucifixo Christo diuiserũt sibi vestes suas: et hoc est ꝙ dicitur.

k Milites ergo cum crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius. Ex quo apparent duo. Primum est Christi passionis ignominia: in hoc ꝙ nudum eum crucifixerunt: qd non fit nisi abiectis ⁊ vilibus personis. Scdm est crucifigẽtium auaritia: quia Christi vestes: qꝫuis essent parum valentes tamen sibi rapuerunt. l Et fecerũt quatuor partes ⁊c. quia erant quatuor milites ipsuz crucifigẽtes.

m Et tunicam. scꝫ citra partes predictas quã non diuiserunt: eo qd erat inepta diuisioni qd patet ex eo quod subditur.

n Erat autem tunica inconsutilis. idest sine sutura. o Desuper contexta. per totum. Ex hoc dicunt aliqui ꝙ Christus preciosis vestibꝰ vtebatur. Sed Crisostomus dicit cõtrarium. s. ꝙ in palestina pauperes induebantur talibus indumentis reticulato opere factis ad modũ cilitiorum: ⁊ hoc videtur verius: quia Christus cõmendauit vilitatem vestimentorum in Joanne baptista. Matth. xj. ca. dicens. Quid existis in desertum videre hominez mollibus vestitum. quasi dicat non. Et preciositatem ibidez reprobauit dicens. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt ⁊c. Jesus autem cepit facere ⁊ docere: vt habetur Actuũ. j. capi. et

ideo non est verisimile ꝙ vsus fuerat preciosis vestibus. p Dixerunt ergo ⁊c̃. Non scindamus illam: quia partes nihil valuissent.
a Sed sortiamur de illa cuius sit: vnde patet ꝙ super solam tunicam misserunt sortem. Sed contrarium videtur Mar. xv. cap. Ubi dicitur Diuiserũt sibi vestimẽta eius mittentes sortem super eis quisquis tolleret. Dicendum ꝙ dictum Mar. debꝫ diuisiue sic intelligi. Diuiserunt sibi vestimẽta eius .s. alia a tũica: ⁊ post ea sequitur mittẽtes sortem sup eis qđ p synodocheꝫ debet intelligi super eis. idest super aliquod eorum. s. super tunicam: quisquis tolleret. idest quis tolleret illã tunicam. sequitur. b Ut scriptura impleretur. que dicit psal. xxj. c Partiti sunt vestimenta mea sibi. s. alia a tunica inconsutili.
d Et in vestem meam miserunt sortem. idest super illam tunicam inconsutilem. Ex quo etiã patet ꝙ proprie habebat plura vestimenta.
e Et milites quidem hoc fecerunt. s. sicut erat scriptum psal. predicto hoc addit euangelista vt ostendat prophetiam impletam per factum eorum patet etiam per predicta falsitas iudeorum exponentium psal. predictum de persecutione quã habuerunt iudei per Annam dicentes ꝙ mardocheus fecit predictum psal. quia titulus psal. ostendit contrarium quia ille psal. intitulatur a Dauid ⁊ non a mardocheo. Item in pncipio psal. dicitur longe a salute mea verba rugitus mei ẜm veritateꝫ hebraicam: ⁊ trãslationem Hierony. qđ verificatũ est in passiõe Christi: qui non fuit liberatus a passione: qꝫuis de hoc clamaret ad patrem sicut supra dictum est. xij. cap. Pater saluifica me ex hac hora. Tẽpore autem mardochei iudei fuerunt liberati celeriter post orationem eorum: quia prius fuerunt liberati qꝫ veniret tempus statutum interfectionis eorum. Item ibidem subditur. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: qđ non est impletum in mardocheo nec in aliquo iudeo illius temporis. Sed magis econuerso ipsi iudei aman ⁊ filios eius crucifixerunt.

damus eam: sed sortiamur de illa cuius sit[a]: vt scriptura ipleretur[b] dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi[c]: ⁊ in vestem meaꝫ miserunt sortem[d]. Milites quidem hec fecerũt[e]. Stabant autem iuxta crucem Jesu[f] mater eius: ⁊ soror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cuꝫ ergo vidisset[g] Jesus matreꝫ et discipulum stantem quẽ diligebat dicit matri sue. Mulier ecce filius tuus[h]. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua[i]. Et ex illa hora accepit eam discipulus i suã.[k] Postea sciens[l] Je-

f Stabant. Hic ponitur tertium consequens ad Christi crucifixioneꝫ: ⁊ pertinet ad eius parentes: quia Christus in cruce positus anteqꝫ moreretur voluit matri sue de custodia et ministro prouidẽ dans exẽplũ aliȷs vt ipsi sint solliciti impendere debitum obsequiũ parentibus suis: ⁊ hꝫ est ꝙ dicitur.
f Stabant autẽ iuxta crucem iesu ⁊c̃. Contrariũ aũt videtur Luc. xxiij capi. vbi dicitur. Stabant autem omnes noti eius a longe. Dicendum ꝙ primum fuerunt prope vt hic dicit ⁊ tunc Christus hec verba dixit: sed procedente passione propter turbam comprimentem se detraxerunt: ẜm ꝙ dicit Lucas. Uel forte iste psone hic nominate: tanqꝫ magis feruentes in amore Christo propinquius stabant: sicut dicit Joannes. Alie autem multe persone erãt Christo note: que pre timore a Christo longe stabãt ⁊ de illis loquitur Lucas. Dicit tamen ꝙ omẽs noti eius stabant a longe: qꝛ multo plures erãt stantes a longe qꝫ a prope. g Cũ vidisset ⁊c̃. quem diligebat. s. Joannem qui scripsit hꝫ euangelium ⁊ propter hoc de se loquitur tanqꝫ de quodam altero vt supra dictum est.
h Dicit matri sue. mulier ecce filius tuus. quasi dicat vsqꝫ nũc fui tibi ad obsequium. De cetero iste erit loco mei. Et nota ꝙ loquẽs matri sue de cruce non dixit ei mater. sed mulier vocans eam cõmuni nomine: ne ex teneritudine nominis matrem si exprimeretur aggrauaretur animus virginis videntis passionem filij.
i Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. qꝫsi dicat deputo te ad eius obsequium.
k Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. scꝫ curam ⁊ diligentiam.
l Postea sciens. Hic agit euãgelista de Christi morte ⁊ diuiditur in duas: quia primo poni

tur Christi consumatio per mortem. Scd̄o eiꝰ lanceatio post ipsam:ibi iudei ergo. Circa p̄mum sciendū ꝙ consumatio nostre salutis cōsumanda erat per venerabilem mortē Christi vt declarat apostolus ab hebre.ij.⁊ hoc est ꝙ h dicit. Postea supple que dicta sūt.

a Sciens Jesus quia omnia consumata sunt: scʒ que scripta erāt d̄ xp̄o passuro:quia pauca restabāt añ mō tem eius implenda scʒ eiꝰ potatio q̄ i promptu erat. vnde sequitur.

b Ut consumaret scriptura psal. lxviij. In siti mea potauerūt me aceto.⁊ ideo ad illud residuam implendum.

c Dicit sitio.tantum laborauerat ⁊ d̄ sanguine emiserat ꝙ corpus eius erat desiccatum ⁊ adustū:⁊ propter hoc sitiebat supra modum:⁊ talis sitis est maximum tormentnm.

d Uas autem erat positum aceto plenum. illud enim portauerant milites vt darent crucifixis ad bibendum vt per hoc citius morerētur:⁊ sic de custodia eorum in cruce expedirentur.talis enim potatio aceti mortem accelerat crucifixi:vt dicunt aliqui. Aliam autem causaʒ huius aceti tetigi matth.xxvij.cap.que videtur probabilior ista:⁊ est ibidem satis diffuse posita:propter quod hic omitto.

e Illi autem spongiam plenam aceto hysopo.idest ligno hysopi. f Circumponentes obtulerunt ori eius. Erat enim eleuatus a terra ita ꝙ sola manu non poterant attingere ad os eius. g Cum ergo accepisset Jesus acetū Contrarium videtur matth xxvij.cap. vbi dicitur. Noluit bibere. Dicendum ꝙ illud quod est modicum quasi nihil reputatur dicitur.ij. phisi. et ideo quia parum de illo aceto accepit vt dicit hic Joānes.matth.dicit Noluit bibere per talem etiam modum loquendi dicimus cōmuniter de parum bibente ꝙ non vult bibē.

h Dixit consumatum est. scʒ quicquid erat scriptum de me:vel aliter.consumatū est opus redemptionis humane.

i Et inclinato capite tradidit spiritum: ostēdens ex modo moriendi ꝙ moriebatur ex obedientia patris: ⁊ non inuoluntarie sicut supra dixerat capi.x. Nemo tollit a me animam: sed ego pono eam.

k Judei ergo. Hic describit vulneratio xp̄i mortui. Et diuiditur i tres partes: quia p̄mo ponitur vulneratiōis occasio. Scd̄o ipsa vulneratio ibi: venerūt ergo milites. Tertio dicti certificatio ibi:Et qui vidit. Circa p̄muʒ sciendum ꝙ occasio vulnerationis Christi mortui fuit:quia iudei volebant cadauera de cruce deponere propter solēnitatem crastinam iminentem que incipiebat a vespera illiꝰ diei in quo Christus fuit crucifixus.lʒ enim fuerit crucifixus prima die pasche que erat solēnis apud iudeos: tamen scd̄s dies pro tunc fuit solēnior ratione sabbati apd̄ iudeos.dies enim sabbati occurrens infra octauam pasche erat dies solēnior: quia tūc festū duplicabatur: ⁊ hoc est ꝙ dicitur.

k Judei ergo qm̄ parasceue erat.idest ipse dies veneris: in cuius vespera icipit solēnitas sabbati sequentis. l Ut non remanerent in cruce corpora sabbato.erat enim hoc indecens in tanta solēnitate: vnde sequitur. m Erat enim magnus dies illa sabbati. quia sicut dcm̄ est solēnitas eius duplicabatur propter octauā pasche concurrentem. n Rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura:ne aliquo modo euadere possent ⁊ tollerent de patibul. o Uenerunt ergo milites ⁊ primi quidē ⁊c̄. Sed videtur ꝙ venissent ad Jesum anteq̄ʒ fregerūt crura scd̄i:quia Jesus erat in medio amborum. Dicendnm ꝙ duo milites frangebant ⁊ vnus fregit crura vnius latronis ex vna parte ⁊ alter crura alterius ex altera pte.⁊ sic ambo venerunt hincinde ad Jesum qui erat in medio:⁊ hoc est ꝙ dicitur.

sus quia omnia consumata sunt[a]:vt cōsumaretur scriptura[b] dicit: Sitio[c]. Uas autem erat positum aceto plenuʒ[d] Illi autem spongiā plenam aceto[e] hysopo circumponentes[f]: Obtulerunt ori eius. Cum ergo accepissʒ Jesus acetum[g]:dixit. Consumatum est[h]. Et inclinato capite tradidit spiritū[i] Judei ergo quoniam parasceue erat[k] vt non remanerēt in cruce corpora sabbato[l]. Erat eni magnus dies ille sabbati[m] rogauerūt Pilatū vt frangerēt eoꝝ crura[n] Et tollerent. Uenerūt ergo milites: ⁊ p̄mi q̄dē fregerūt crura[o]:⁊ alteriꝰ q crucifixꝰ ē cū eo

Ad iesum autem cum venissent[a]: vt viderunt eum iam mortuum: nō fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eiꝰ aperuit[b]. Et cōtinuo[c]: exiuit sanguis ⁊ aqua. Et qui vidit[d] testimonium perhibuit[e]: ⁊ verum est testimonium eius: Et ille scit: quia veruʒ dicit: vt ⁊ vos credatis. Fcā sunt eniʒ hec: vt scriptura impleretur[g]: os non cōminuetis ex eo Et iteruʒ alia scriptura dicit[h] Uidebunt in queʒ trāsfixerunt[i]. Post hec autem[k] rogauit Pilatum Joseph ab arimathia[l]: eo ꝙ esseʒ discipulus iesu[m]: occultus auteʒ propter metum iudeoruʒ[n]: vt tolleret corpus iesu[o] Et permisit Pilatus[p]. Uenit ergo ⁊ tulit corpus Jesu[q]: Uenit autem ⁊ Nichodemus q venerat ad iesū nocte[r].

a Ad iesum autem cuʒ venissent: vt viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura: quia hoc non fiebat nisi ad hoc ꝙ euadere non possent depositi de patibulis. b Sed vnus militum lancea latus eius aperuit. vt certificaret de morte eiꝰ.
c Et cōtinuo exiuit sāguis ⁊ aqua: Sanguis ad nostram redemptionem: Aqua ad peccatorum ablutionem Scienduʒ tamē ꝙ ista aqua miraculose exiuit: q2 non fuit hūor fleumaticus vt dicūt aliqui: ʒ aqua pura ad ostendendū ꝙ corpus christi erat ex veris elementis compositū contra errorē coruʒ qui dixerūt euʒ habere corpꝰ celeste sicut dixit Ualentinus ⁊ sequaces sui: ⁊ eorum qui dixerunt eum habere corpus fantasticum. sicut Manichei. d Et qui vidit. Hic ponitur certificatio: quia ipse Joannes qui scripsit hoc euangelium presentialiter existens vidit hoc factum: ⁊ ideo eius testimonium ē efficax ad credendum: ⁊ hoc est qꝺ dicitur.
d Et qui vidit. idest ego ipse: loquitur enī de se per modum alterius: sicut supra dictum est.
e Testimoniū perhibuit ⁊c. patet littera per predicta sequitur. g Facta sunt hec vt scriptura impleretur. Exo. xij. capi. hos non cōminuetis ex eo. Agnus enim paschalis fuit figura expressiua passionis christi. ideo ordinatione diuina constitutum est. vt ossa agni paschalis nō frangerentur. vt sic figura ⁊ veritas correspon derent quia veri agni ossa non sunt fracta ī cruce vt predictum est. h Et iterum alia scriptura dicit de eius trāsfixione. zacha. xij. i Uidebunt in quem transfixerūt. littera Hier. habet Aspicient ad me quē confixerūt: propheta eniʒ loquitur in persona christi loquens in prima persona. sed euangelista refert illud ad christuʒ loquens in tertia persona: ⁊ eadem est sententia Illa autem transfixio proprie fuit in laucee vulneratione. Sed hec videbitur a iudeis in iudicio futuro quia cicatrices vulnerum reseruate sunt in corpore christi resurgente non solum ad certificationem sue resurrectionis ostendē do illas cicatrices Apostolis: Sed etiaʒ ad cōuincendum iudeos in futuro iudicio de peccato sue mortis ⁊c.
k Post hec autē. Hic agitur consequenter de christi sepultura: que fuit gloriosa: ꝫ ꝙ erat predictum. Isai. xj. capi. Et erit sepulchrum eiꝰ gloriosum: q̄ʒuis precedens mors fuit Ignominiosa: ⁊ hꝫ est qꝺ dicitur.
k Post hec autem rogauit Pilatum Joseph: Erat eniʒ ei familiaris cum esset nobilis decurio: vt dicitur Mar. xv. capi. ⁊ ideo securus eum rogauit.
l Ab arimathia oriundus eadem est ciuitas que primo reguʒ dicitur Ramatha de qua fuit Samuel.
m Eo ꝙ discipulus esset iesu. idest fideliter credens eius doctrine.
n Occultus tamen propter metum iudeorum: ante enim passionem ex imperfectione timebat de Synagoga expelli ꝙ erat ignominosum si confiteretur christum tamen post passionem feruentior factus exemplo christi animatus manifestauit se volens christum honorifice sapelire: ⁊ ideo sequitur.
o Ut tolleret corpus iesu ad sepeliendum.
p Et permisit Pilatus. Tum propter reuerētiam petentis: Tum propter innocentiam christi passi quem ipse cognouerat.
q Uenit ergo ⁊ tulit corpus iesu de cruce: Corpora enim damnatoruʒ non poterant sepeliri: nisi de licentia presidis.
r Uenit autem ⁊ Nicodemus qui venerat ad iesum nocte: vt supra dictum est. iij. capitu.
s Ferrens mixturam mirre ⁊ aloes quasi libras centum: iste etiam Nicodemus ante pas/

ſionem chriſti ſicut Joſeph erat chriſti diſcipu
lua occultus ſed poſt paſſionē ex feruore ſe ma/
nifeſtauit ſicut ⁊ ioſeph: Sciendum etiam ꝙ li/
cet ex deuotione: iſtam vnctionem faceret: vi/
detur tamen ꝙ plenam noticiam de chriſti re
ſurrectione nō ha
beret quia de eo
erat ſcriptuʒ p ſal.
xv. Nō dabis ſan/
ctum tuum vide/
re corruptionem:
propter qđ nō in
digebat vnctione
conſeruante con//
tra putrefactionē.
t Acceperūt er/
gō corpus ieſu ⁊ li
gauerunt eum in
lintheis idest pannis lineis inuoluerunt pro/
pter qđ ſtatutum eſt ꝙ corporalia ſuper que cō
ficitur corpus chriſti non fiant de panno ſeri/
co: ſed tantum lineo: vt habetur de conſe. diſti.
prima capi: Ex conſultu omnium.
v Erat autem in loco vbi crucifixus eſt ortus.
ideſt prope locum crucifixionis.
x Et in orto monumentum nouuʒ in quo nō
dum quiſquam fuerat poſitus: hoc autem factū
eſt propter certitudineʒ dominice reſurretio/
nis: quia ſi fuiſſet ſepultus in monumento: vbi
iaʒ alij fuiſſent ſepulti: poſſet reſurrectio domi
nica a iudeis alteri imputari.
y Ibi ergo propter paraſceuem iudeorum
quia iuxta erat monumentū poſuerunt ieſum:
hoc eſt dictum quia feria ſexta in qua licitum
erat operari ⁊ corpora ſepeliri iam declinabat
ad veſperam ⁊ ideo ſepelierunt ieſum in loco
propinquo: quia non poterant longe portare
propter ſolēnitatem ſabbati de propinquo im/
minentem.

primum ferrens mixtu
rā mirre ⁊ aleos quaſi
libras centum[s]. Accepe
rūt ergo corpus Jeſu:
⁊ ligauerunt eum in lin
theis [t] cum aromatibus
ſicut mos eſt iudeis ſe-
pelire. Erat autem in
loco vbi crucifixus eſt
ortus[v] ⁊ in orto Monu
mentum nouuʒ[x]: i quo
nondum quiſquam po
ſitus erat. Ibi ergo pro
pter paraſceuem iudeo
rū q: Juxta erat monu
mētū: poſuerūt Jeſuʒ[y].

volens ad martyrium debet imminens ſuppli
cium precogitare: ⁊ per patientiam ſe armare
Unde dicit Grego. omelia. xxxiij. Min⁹ enim
feriunt iacula que preuidentur: ⁊ nos tollerabi
lius mala mundi ſuſcipimus ſi contra hec per
prouidentie clipe
um munimur. ſcie
bat auteʒ ⁊ iudas
qui tradebat eum
locuʒ quia frequē
ter ieſus conuene
rat illuc cum diſci
pulis ſuis: iter qđ
erat iudas vt chri
ſtum traderet: ſi/
cut ſathan fuit in/
ter filios dei vt ſan
ctum Job afflic/
tionibus moleſtaret. Jeſus autem ſciens om/
nia que ventura erant ſuper eum proceſſit ⁊c.
queſitus autem a turbis vt facerent euʒ regem
fugit ſolus in montem: docēs in hoc fugere mū
danos honores: ⁊ promptum eſſe ad labores:
vt ergo dixit eis: Ego ſum abierūt retrorſuʒ ⁊c.
Ille qui cadit retrorſuʒ non videt ſui caſus pe/
riculum: ſic etiam labentes in culpam: non vi/
dent ſui lapſus miſeriam. Sinite hos abire: ꝑ
hoc oſtenditur ꝙ ſuperiores debent ſuos ſub/
ditos fideliter adiuuare ⁊ ſe mortis periculo
exponere pro ipſorum defenſione. Symon au/
tem. Petrus habens gladium ⁊c. exponatur ſi
cut ſupra Matth. xxvj. capi. ⁊ Mar. xiiij. ⁊ Lu.
xxij. Erat auteʒ ſeruo nomen Malchus qui in/
terpretatur rex eorum ⁊ ideo per abſciſſioneʒ
auricule ſue ſignificata fuit abſciſio regalis ⁊ pō
tificalis eminentie iudeorum. Et adduxerunt
eum ad Annam primuʒ querentes ei placere:
quia cum Caypha fuerat in conſilio de chriſti
morte: ſic multi faciunt querētes de malis pla/
cere hominibus peruerſis: Ego palaʒ locutus
ſum mundo tanq̄ʒ habens ſanam doctrinaʒ cō
tra hereticos que magis docēt in occulto. Nū/
quid ⁊ tu de diſcipulis es hominis iſtius: dixit
ille non ſum. Exponatur vt ſupra. Math. xxvij.
capi. ⁊ Marc. xiiij. ⁊ Luc. xxij. Adducunt ergo
ieſum a Caypha in pretorium ſcʒ Pilati: ⁊ ipſi
nō introierunt vt non contaminarētur ⁊c. iſti
ſunt ſimiles illis qui faciunt conſcientiam ma/
gnam de minimis: ⁊ multo grauiora cōmittūt
ſicut iſti timebant contaminari per ingreſſum

Expoſitio moralis Joannis. capi. xviij.

Egreſſus eſt ieſus cum diſcipulis ſuis tranſ/
torentem cedron: qui interpretatur triſtis me
ror: per hoc igitur ꝙ chriſtus iuit illuc immi//
nente ſua paſſione ſignificatur ꝙ chriſtian⁹ ire

domus Pilati qui gentilis erat: ⁊ tamen toto conatu procurabant mortem christi qui innocentissimus erat. Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum. quasi dicāt nos sumus tante veritatis ⁊ iustitie q nobis deberet credi simplici verbo sine alia disquisitiōe: ⁊ sic homines malitiosi se iustificant coram iudicibus vt magis nocere valeant innocēti. Nobis non licet interficere quemq̄. Sic dicunt mali clerici de corporali morte layci: ⁊ tamen habent pro modico multos interficere suo malo exemplo morte spirituali que peior est interfectione corporali. Respondit iesus regnum meum non est de hoc mundo. Multi prelati qui tamen sunt eius vicarij contrarium videntur dicere facto in pompis equantes se principibus terrenis vel etiam excedentes. Omnis qui est ex veritate audit vocem meam quam non audiunt multi doctores ⁊ scholares theologi: qui neglecta sacra scriptura circa curiosa ⁊ inutilia sunt intenti. Quid est veritas: per hoc autem q non expectauit christi responsuz significata fuit eius instabilitas qua timore Cesaris ⁊ fauore iudeorum a veritate declinauit dando sententiam contra christuz: ⁊ sic hodie faciunt multi iudices timore vel fauore a veritate iudicij declinantes. Clamauerunt ergo rursus omnes ⁊c̄. Exponatur sicut Matthei. xxvij. capitulo. ⁊ Marci. xv. ⁊ Luc. xxiij.

Expositio moralis eiusdez passionis. Joānis xix. capitulo.

¶ Tunc ergo apprehendit eum Pilatus ⁊ flagellauit ⁊ milites plectentes coronam ⁊c̄. Beda. Et q̄uis milites hoc illudendo facerent nobis tamen operabantur misteria: nam per spineam coronam nostrorūz designatur susceptio peccatorum que sicut spinas terra nostri corporis germinat in vestimento purpureo: caro eius passionis obiecta significatur. Purpura etiam vestitur cum de triumphis sanctorum martirum gloriatur. Aue rex iudeorum sic faciunt illi qui in ecclesijs deuotionis ostendunt signa: cito post iniurias christo graues in mēbris suis faciunt. Clamabant dicentes crucifige ⁊c̄. Nam obstinata nequitia non emolitur misericordia. Responderunt pontifices: non habemus regem nisi Cesarem: hoc facto Clamant nostri pontifices ⁊ curati qui suas ecclesias dimittentes ingerunt se negocijs temporalibus principatus vel regni. Et baiulans sibi crucem ⁊c̄. per hoc nos inducens ad sui sequelam: sicut dixerat Matth. xvj. capi. Si qs vult post me venire abneget semetipsum ⁊ tollat crucem suam ⁊ sequatur me. Et cuz eo alios duos ⁊c̄. Exponatur sicut Matth. xxvij. capit. ⁊ Mar. xv. ⁊ Luc. xxiij. Quod scripsi ⁊c̄. per hoc autem q iudeis petentibus: Pilatus delere titulum qui sonabat confusione iudeorum noluit: sed magis ipsum confirmauit: significatum fuit q christi mors ad confussionem coruz erat futura per exercitium romanorum: ⁊ ad regni christi exaltationem propter sequentem resurrectionez propter qd̄ tunc dixit. Matth. vltimo capi. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. Milites ergo cum crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius ⁊c̄. Exponatur sicut Matthei. xxvij. ⁊ marc. xv. Cum ergo vidisset iesus matrem ⁊c̄. Per hoc autem q positus in tanto tormento matri sue prouidit de ministro: docuit nos in quocunq3 statu simus honorare parentes debemus quantum potest fieri bono modo: Et inclinato capite tradidit spiritum. Theophi. Tradidit autem dominus spiritum deo patri ostendens q nequaquam sanctorum anime conuersantur in tumulis: sed deueniunt ad manus patris omnium peccatoribus ad locum penarum delatis videlicet in infernum. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit ⁊c̄. Theophi. Ut iudeis placeant lanceant christum circa corpus ⁊ anime contumelias inferentes. Isti autem sunt similes illis qui mortuos persecuntur. Et continuo exiuit sanguis ⁊ aqua: ex quibus habent efficatiam sacramenta. Post hoc autem rogauit ioseph pilatum ⁊c̄. Exponatur sicut matth. xxvij. ⁊ marc. xv: Uenit autem ⁊ Nicodemus ⁊c̄. sequitur ferens mixturam mirre et aloes ⁊c̄. per ipsum signatur doctor bonus ferens mixturam. idest doctrinam ex auctoritatibus sacre scripture confectam advnguendū corpus christi misticum ad eius salutem ⁊c̄.

Sequitur. Sabbato sancto. Euangelium sm Mattheum. xxvij. capitulo.

Expositio litteralis.

Sabbato sancto. Euangelium s̄m mattheum. xxviij. capi.



Espere autem[a] Sabbati: q̄ Lucescit in p̄ma sabbati[b]: venit maria magdalene ꝛ altera maria videre sepulchruz[c]. Et ecce terremotus factus ē magnus[d]. Angelus enī domini descendit de celo[e]: Et accedens reuoluit lapidē ꝛ sedebat super cum[f]: Erat autem aspectus eius sicut fulgur[g]. ꝛ vestimēta eius sicut nix[h]. Pre timore autez eius exterriti sūt custodes ꝛ facti sūt vel ut mortui[i]. Respōdens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos. Scio eniz ꝙ Jesum[k]: qui crucifixus est queritis[l]. Non ē hic Surrexit enim sicut dixit[m]. Uenite ꝛ videte locum[n]: vbi positus erat dominus[o]. Et cito euntes dicite discipulis: eius quia surrexit. Et ecce precedet vos in galileā[p]. Ibi eū videbitis ecce predixit vobis.

a Vespere autem. Postq̄ꝫ Euangelista descripsit christi passionem ꝛ sepulturaz hic consequenter describit ipsius resurrectionem. Et p̄mo describitur dominice resurrectionis manifestatio per Angelum descēdentem. Circa qḋ sunt tria notanda Primo mulierū deuotio. secundū Angelorum apparitio ibi. Et ecce terre motus. Tertio referrectionis manifestatio ibi. Scio eniz Ad euidentiam primi cōsiderandum ꝙ denomiatio fit a nobiliori ideo apud iudeos omnes dies hebdomade d̄ noiabāt a sabbato ita ꝙ dies imediate sequēs sabbatuz dicebat̄ p̄ma sabbati .i. p̄ria a sabbato. Alia sc̄da sabbati: ꝛ sic consequēter ab illa autē hora qua christus fuerat sepultus non poterāt mulieres emere aromata ad inungendum christum vsq̄ꝫ ad vesperam diei sequentis quia solēnitas sabbati incepta erat ab hora sepulture: in qua nó licebat. aliquid emere: vsq̄ꝫ ad vesperam sequentis diei. scilicet sabbati. Et tunc .s. vespere sabbati emerunt aromata ꝛ preparauerunt se adveniendū non tamen venerunt propter noctem de proximo iminentem: sed in mane sequenti venerūt in p̄ma hora diei sequētis: q̄ dicebat̄ p̄ma sabbati. Sic ergo construenda est littera. a Vespere autem sabbati. que scilicet vespera. b Lucescit in prima sabbati .i. incipit illucescere in p̄ncipio diei sequentis. c Uenit maria ꝛc̄. premittitur autem ibi vespere sabbati: non q̄ illa hora venerunt ad monumentum vt dictum ē: sed q̄ tūc se preparauerūt adveniendum videre sepulchrum idest qualiter possent ingredi ad vnguēdum christū. d Et ecce terre motus Hic describitur angelica apparitio: nó ad hoc ꝙ Angelus prepararet exituz de sepulchro domino resurgenti: q̄ christus exiuit clauso sepulchro ꝛ intrauit ad discipulos ianuis clausis: sꝫ vt ostenderet sepulchrum vacuū ꝛ resurrexisse dominuz hoc est ergo ꝙ dicitur. d Et ecce terre motus factꝰ est magnus cuius causa subdditur. e Angelus autez domini descendit de celo .i. virtute eius factus est ille terre motus: quia corporalia obediunt angelis ad nutum q̄ꝫtum ad motum localem. f Et accedēs reuoluit lapidem: vt oñderet xp̄i resurrectionē cōpletā. g Erat aūt aspectus eius sicut fulgur: ad icuciendū terrorē custodibꝰ h Uestimentuz eius sicut nix: ad dandum consolationez mulieribꝰ ꝓpter qḋ subdit̄. i Pre timore autez eius ꝛc̄. ꝛ illud qḋ seqtur. Rn̄dens āt Angelus dixit mulieribꝰ nolite timere ꝛc̄. k Scio. n. Hic ponit̄ dn̄ice resurrectionis manifestatio: q̄ q̄dē resurrectio p̄manifestat̄ mulieribꝰ ipsuz deuote q̄rētibꝰ: ꝛ h̄ est qḋ dr̄. k Scio. n. ꝙ iesuz q crucifixus ē. h̄ additur ad dr̄iam alioꝝ q̄a multi erāt q vocabant̄ noīe iesu. l Queritis .in sepulchro sicut mortuum m Nō est hic: surrexit. n. sic̄ dixit. Hoc āt addidit angelus vt reduceret ad memoriā v̄ba xp̄i dei añ passionē suā vt sic magis crederēt resurrectionē eiꝰ factā. n Uenite ꝛ videte locū: vacuum .s. o Ubi positus erat ꝛ pꝫ l'ra sequitur. p Precedet vos in galileā ibi. euz videbitis. non solum in beatitudine sed in ꝓpinquo tp̄e ꝛ propinqua regione anteq̄ꝫ ascendat in celum.

Expositio moralis.

Uespere aūt sabbati. seqtur. Et ecce terremotꝰ ꝛc̄. Beda. Qḋ terremotus resurgente dn̄o: sicut ꝛ ipso moriēte in cruce factus est magnus:

significat terrenā prius corda per fidem passionis ac resurrectionis eius ad penitentiam concutiendo salubri fauore cōmota. Angelus eniz dñi descēdit de celo. Angelus iste significat bonum prelatū: de quo dr̄ Malach. ij. ca. Angelus dñi exercituū ē q descendit de latitudine contēplationis diuine, ppter releuationē necessitatis fraterne. Et reuoluit lapidem impedimentū tollens accedēdi ad xp̄i monumentū: q: monet mentes subditorum ad cōsiderationem mortis xp̄i p cōpassionem ⁊ resurrectionis eius per celestiū amorem: aspectus eius sicut fulgur nam obstinatos terret. Et vestimenta eius sicut nix quia penitentes demulget: in signum huius subditur. Pre timore aūt eius exterriti sunt custodes: ⁊ mulieribus dixit. Nolite timere vos venite ⁊ videte locum ⁊c. per diligentem meditationem predictorum. Et cito euntes. i. alios inducentes ad sile bonū. Precedet vos in galileam ⁊c. que transmigratio interpretaf q xp̄s trāsmigrans ad celestia precessit ad preparādū electis suis loca. ibi eū videbitis. facie ad faciem in gloria.

Ecce predixi vobis.

¶ Questio fratris Antonij betontini. Scio enī q Jesum qui crucifixus est q̄ritis Math. xxviij. cap. Sup quibus verbis querif. Utruz si ɔtingat aliquē ex ignorātia sacr̄m sumere cū mortali peccato peccet mortaliter. Ad qd̄ breuiter dicif q huius ignorantie cā duplex esse pōt. Prima negligentia: q: homo vel negligit audire doctoris verbū vñ possit illuminari de malis cōmissis ⁊ de bonis amissis: vel negligit querere recta consilia ⁊ confessorem perituz q eum erudiat ⁊ examinet de predictis: vel quia negligit examinare ɔsciam suam: sed impreparate ⁊ intrincate: atq: quadam inani leuitate: ⁊ pnitiosa tarditate eligit in fine quadragesime confiteri. ppter que oīa peccata ⁊ eoꝝ circūstātias non cognoscit vel recolit: ⁊ per ɔ̄ñs nō plene ɔfitef ex culpa sua. Et q: bm̄ doctorez subtilē hec est ignorantia crassa ⁊ affectata taliter suscipiens corpus xp̄i mortaliter peccat: qa facit ɔ̄ illud apl̄i. j. ad Corin. xj. ca. Probet aūt seipsuz hō ⁊ sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat: qui mādaucat ⁊ bibit indigne iudiciū sibi mādaucat ⁊ bibit non diiudicās corpus dñi. Scd̄o si ignorat culpam: nā lz sufficienter examinauerit cōscientiam suā: ⁊ q̄sierit ɔfessorē peritū: ⁊ discreta cōsilia ac plene q̄ztū valuit doluit. d̄ cōmissis: tñ q̄nq: remanet in eo mortalis culpa: cuius oīo non recordaf vel forte nō plene contritus est: ⁊ taf insufficiētia excusabilis est: q: hō de cōi lege certus esse nō pōt: vtrū peniteat digne iuxta illud Eccle. ix. ca. scriptū est. Nemo scit. vtrū odio vel amore dignus sit. Et pp̄ha in psal. dicit. Delicta qs intelligit: ab occult meis mūda me dñe: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Hoc igif mō vsq: ad sacramēti cōmonionē accedere debet: vt iuxta verba Pauli ad Colo. iij. Que sursum feruenter voluit disponere q̄rat. Ad qd̄ exequēdū nouē pparationes requirunf. videl: ɔscie examinatio: peccatoꝝ cōtritio. Eoꝝ vera ɔfessio. Ois imunditie extirpatio. Ois negligētie excussio: Discreta pmeditatio: Deuota ⁊ hūilis oīo. Charitatiua feruensq: deuotio. Finis questionis Betoni.

Dominica in resurrectione domini epistola Pauli pme epistole ad Corin. v. cap.



Fratres: Expurgate vetus fermentuz: vt sitis noua conspsio^a sicut estis^b azimi^c Etenī pascha nostruz^d

Expositio litteralis.

a In hac epl̄e lectione. Paulus apostolus arguit culpe radicem. s. ɔtētationē: quā Corinthū hēbant ad inuicē: p qnā non solū correptionē negligebāt: sed etiā alijs iminebāt periculū infectiōis vt pz per exempulm adductū in hac epla dū dicit q modicū fermētū totā massam corrūpit: circa qd̄ exēplū ē itelligendū q in fermento duo sunt. s. sapor vtualif inquātū reddit panē sapidū ⁊ sic doctrina euāgelica cōparaf fermēto. Matth. iij. ca. Aliū est corruptio: ⁊ sic cōparaf pctō: ne igif coruz pctā alios inficerent: ideo apl̄s arguit eos dicens. a Expurgate vetus fermentuz: vt sitis noua ɔspsio. p aspsionē aque baptismalis. b Sicut estis. i. esse debetis. c Azimi. i. sine fermēto pctī: qd̄ declarat p figurā vetis testamēti dicēs d Etenim pascha nostrum ⁊c. Agnus enim

paschalis: de quo habet Exo. xij. cap. figura fuit imolatiõis xpi: p quē liberati sum9 a demonis potestate: sicut filij israel per sanguinem agni paschalis ab angelo deuastante. Carnes autez illius agni cū azimis panibus ɔcedebant: qb9 septez diebus filij israel vtebant ꝛ p h significabat: q vita populi chri/stiani dz esse sine fermēto mortalis peccati: iō ßdit.

a Itaqz epule/mur. i. vitā pñtem transeamus.

b Non in fermē to veteri. i. in pec cato qd aiaz iuete rascere fac spūalr.

imolatus est christus Itaqz epulemur[a]: non in fermento veteri[b]: neqz in fermēto malitie ꝛ nequitie[c]: sed i azimis sinceritatis[d] ꝛ vitatis[e].

Dñica in resurrectiõe domini euãgelium ßm

c Neqz in fermento malitie ꝛ nequitie: per h intelligit peccatuz ex certa malitia: ꝛ a pposito factū qd ɔtingit dupliciter: vno mō ex hitu ac/quisito: ex actibus malis: qd intelligit p fermē tum malitie. Un̄ dicit pverb. Qui letant cum male fecerint: ꝛ exultant in rebus pessimis. Si gnum eni habitus generati est delectatio i ope ij. Ethi. Alio mō ex corruptõe nature sicut aliq ex malitia cõplexiõis inclinant ad aliqua: que ßm se sūt horrida: vt effusio sanguinis humani vitium ɔtra naturā maxime cū bestijs: ꝛ vocat hic factum neqtie. d Sed i azimis sinceri tatis quantū ad puritatē affectus. e Et ve/ritatis quantū ad puritatem intellectus.

Questio Alexandri de ales in. iij. sniaꝝ. Etenim pascha nostrū imolatus est xps. Pau. ad Corin. v. cap. Sup quibus querit: vtrū re/surrectio xpi debuerit differri vsqz in diē tertiū Et pro parte negatiua sic arguit. Nō est maior dignitas serui q̄z dñi: si ergo ex indignitate est resurrectionis dilatio: ergo non magis dz dif/ferri resurrectio xpi q̄z alicuius serui: sed aliq serui rapient ob viam xpo in aera. j. Tessa. iiij. cap. Et erit eoꝝ resurrectio in momento tpis: ergo multo fortius resurrectio xpi. Contra. j. Corin. xv. ca. Resurrexit tertia die glo. pbata vera morte ꝛ hoc tertia die vt credat eadē po testate nos posse suscitare. Sed si statim resur/rexissz non crederet vere mortuus: cū ergo nō debuerit resurgere ita vt probaret verā mortē debuit differri resurrectio vsqz in diem tertiū vt sic in ore duoꝝ vel trium testiū staret omne verbuz ꝛ in illis tribus diebus experiri posset omne factū. Rñdeo dicendū q cõueniens fu/it q expectaret tertiū diem pp̄ter tria. Primo

Marcum. xvj. cap.



In illo tpe Et cuz trā sissz sabba tū[f] Maria magdale/ne ꝛ maria iacobi ꝛ Sa lome emerūt aromata: vt venientes vngerent

propter significa/tionem Luc. xxij. ca. Oportuit xp̄m pati ꝛ resurgē ter tia die. glo. Meri to vna die ꝛ dua/bus noctibus i se/pulchro iacuit: qa lucem: idest gr̄am sue mortis que tm̄ in carne erat tene bris nostre duple mortis: quia i car ne ꝛ anima erant opposuit ꝛ hoc ad significanduz q lux sue mor tis curauit nostram duplam mortez. Scdo pro pter probationem: quia sicut in ore duorum vel trium testium stat omne verbum: sic in tribus diebus experitur omne factum. Unde hec est ratio litteralis: scilicet vt probaret veram mor tem ßm glosam predictam. Tertio propter sue potestatis ostensionem: quia si statim resurre/xisset non videretur habere potestatem ponē/di animam suam sicut resumendi: ꝛ hoc est qd dicit glosa pma Corin. xv. cap. Probata vera morte ꝛc̄. Ad illud ergo qd obijcitur q nō est maior gloria serui q̄z domini. Dicendum q h non est propter dignitatem seruorū: q ipsi sta/tim resurgant: sed propter gloriam electorum que amplius non debet differri: vnde in instā/ti morientur: ꝛ incinerabūtur. ꝛ resurgent ꝛc̄.

Expositio litteralis.

f Et cum transisset sabbatum. Postq̄z de scripta est reductio peccatoris in deū per xpi predicationē ꝛ sue passionis redēptionē. Hic ɔñter describit dicta reductõ per manifestam resurrectionē: qd duplicit scm̄ est. pmo per mulieres. scdo per angelos ibi: Et introeuntes. Circa pmā partez describit aduē tus mulieꝝ ex deuotione ad sepulchrū vbi au/dierūt ab angelo resurrexisse dñm. ꝛ h ē qd dr̄.

f Cum transisset sabbatū: quādiu eni durauerat sabbatū non erat eis licitū aliqd emere: sed in vespere eiusdez diei terminabat solēnitas ꝛ

iesum. Et valde mane vna sabbatoꝛuꝫ veniūt ad monumētum[a]: oꝛto iam sole[b]. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumēti[c]? Et respiciētes viderūt reuolutum lapidem[d]. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes ī monumētum[e] viderūt iuuenem sedentem in dexteris[f]: coopertū sto la candida: ⁊ obstupuerūt. Qui dicit illis. Nolite expauescere Jesuꝫ queritis nazarenū crucifixum surrexit nō est hic. Ecce locus vbi posuerūt eū. Sꝫ ite dicite discipulis eiꝰ ⁊ petro[g]: quia precedet vos ī galileam. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis.

tunc emerunt aromata vt in crastino bene mane venirent ad sepulchꝛum. ideo sequitur.

a Et valde mane vna sabbatoꝛum. i. pma die illius hebdomade, post sabbatū sicut dr̄ Geñ. j. ca. Et factum est vespere ⁊ mane dies vnus. i. pꝛimus. Sciendū etiam ꝙ oēs dies illiꝰ hebdomade vocabant sabbata pꝛo tanto qꝛ erāt festiue eo qd solēnitas paschal' durabat septē diebꝰ. pꝛima tn̄ die ⁊ septima erāt celebꝛiores inter medijs ita ꝙ in illis poterant emi aromata illa.

b Oꝛto iā sole. i. ad oꝛtuꝫ appropinquāte. Sol eniꝫ pōt intelligi oꝛiri dupliciter. Uno modo perfecte quando pꝛimo egreditur ⁊ apparet super terram: ⁊ sic non accipitur hic Alio modo, quando lux eius incipit apparere scꝫ in auroꝛa. ⁊ sic accipitur hic oꝛtus solis: ⁊ iō Joannis. xx. cap. dicitur. Adhuc tenebꝛe erant quia auroꝛa media est inter tenebꝛas noctis ⁊ lucem perfectā diei: ⁊ ideo ab vtroqꝫ potest nominari sicut medium ab extremis: quia participat naturam vtriusqꝫ extremi.

c Quis reuoluet nobis lapidem. quasi dicat non possumus reuoluere per nos ipsas: qꝛ erat magnus valde: ⁊ postea subditur.

d Uiderunt reuolutum lapidem per angelū qui venerat ad manifestandum Chꝛisti resurrectionem factam.

e Et introeuntes in monumentum. Hec est scd̄a pars manifestationis resurrectiōis. s. per angelos: ⁊ ideo dicitur.

e Et ideo introeuntes in monumentum. idest intra clausuram: que erat circa monumētum. dicitur autem monumentuꝫ quasi monēs mentem. s. illius qui aspicit: vt oꝛet pꝛo anima sepulti: ⁊ pꝛecogitet de moꝛte pꝛopꝛia.

f Uiderunt iuuenem. Luce. xxiiij. cap. dicit. Ecce duo viri astiterunt secus illos in veste fulgenti: idest duo angeli in specie viroꝛum: ꝑpt hoc dicit Augustinus. ꝙ ibi apparuerunt tres angeli. Unus extra monumentum intra tamē pꝛedictam clausuram sedēs super lapidem reuolutum. Sed intra monumentuꝫ apparuerūt duo vnus ad caput ⁊ alius ad pedes vbi positū fuerat coꝛpus Jesu vt dicitur Joannis. xx. cap.

g Dicite discipulis eiꝰ ⁊ petro: Specialiter noīat Petruꝫ aliter nō fuisset ausus venire ad pꝛesentiam domini quem negauerat.

¶ Expositio moralis.

Et cum transisset sabbatum. seqꝛtur vt venientes vngerent Jesum. Gregoꝛius. Nos autem in eū qui moꝛtuus est credētes si odoꝛe virtutum referri cum opinione bonoꝛum operum deum querimus ad monumentum ipsius cum aromatibus venimus: ⁊ viderunt reuolutum lapidem. per hoc autem reseratio mysterioꝛum Chꝛisti significatur que velamine legis in lapide scripte tegebātur. Pꝛecedet vos in galileam ⁊c̄. que transmigratio interpꝛetatur: pꝛopter quod qui vult eum videre debet ā vitijs ad virtutes transmigrare ⁊c̄.

¶ Questio Alexandri de ales in tertio sententiarum. Surrexit non est hic. Mar. xvj. capi. Super quibus verbis queritur. Utrum resurrectio Chꝛisti sit causa iustificationis animarū ⁊ quomodo ⁊ vtrum sit in genere cause efficientis. Ad hoc sic pꝛimo arguitur: Roma. iiij. cap. Resurrexit pꝛopter iustificationeꝫ nostrā glo. Utraqꝫ moꝛs Chꝛisti ⁊ resurrectio iustificant. Contra resurrectio Chꝛisti oꝛdinatur ad futuram gloꝛiam: iustificatio ad pꝛesentem gratiam: ergo nulla est causalitas resurrectiōis respectu iustificationis. Ad qd dicēdū ꝙ resurrectio Chꝛisti potest dupliciter considerari: vt est in re vel vt est in anima per consideration̄

ſm ꝙ conſideratur in re:ſic ſe habet duob⁹ modis ad noſtram iuſtificationem ſcilicet ꝑ modum diſpoſitionis:⁊ per modum exemplaris: per modum diſpoſitiōis quia tota humana natura ordinatur ad naturam humanam in xp̄o. Unde cuꝫ vnitur in Chriſto deitas tota ſublimaſ. Ita vt ſit i maiori participatione deitatis. Hinc eſt ꝙ habetur in reuerentia a ſanctis angelis:vt dicit Apoc. xix.ca.⁊ hoc patet quia diabolus qui ante incarnatiōeꝫ adorabatur ab homine:iam non adoratur etiam a barbaris nationibus. Diſponitur ergo magis ac magis ꝑ incarnationem ⁊ paſſionem:⁊ etiam ꝑ reſurrectionem ad maiorem gratiam. Unde pſal. Reſpice in faciem chriſti tui.glo Fac chriſtum innoteſcere omnibus vt poſſimus ire de virtute in virtutem. Item ſe habet per modum exemplaris ad noſtrā iuſtificationem: ſm ꝙ dicitur Roma.vj.cap.Quēadmodum chriſtus reſurrexit ita nos in nouitate ambulem⁹:⁊ iſto mō ſe habet ad iuſtificationem noſtrā preſentem. Duplex eſt enim iuſtificatio. Nam iuſtificatio eſt rectitudo a curuitate in rectitudinē. Iuſtificatio in preſenti eſt a curuitate culpe ad rectitudinē gratie. Futura vō iuſtificatio erit a curuitate miſerie ad omnimodam rectitudinem: ⁊ ſic iuſtificationis future eſt exemplar ſeu cauſa exemplaris:⁊ ſic ſe habet ſm ꝙ conſideratur in re:ſm autem ꝙ cōſideratur in anima:vt credita ⁊ amata iuſtificat:⁊ in gloria conſumatur.

Ad illud quod obijcitur ꝙ vtraqꝫ mors chriſti ſcꝫ ⁊ reſurrectio iuſtificant. Dicendum ꝙ verum eſt quātum creduntur ⁊ amantur ſed hoc eſt diſponēdo. Reſurrectio enī credita ⁊ amata diſponit ad iuſtificationem. Reſurrectio vō ſignum eſt ⁊ cauſa iuſtificationis ſoluꝫ. Paſſio autem cauſa eſt ſm qđ dicit glo. Bede. Et ideo magis attribuitur iuſtificatio reſurrectioni qꝫ paſſioni:quia ſignum ⁊ cauſa eſt ⁊ complementum.

Feria ſcđa poſt paſcha
Epiſtola actuū apoſtolorum.x.cap.

In diebus illis: Stās Petrus in medio plebis dixit. Uiri frēs. Uos ſcitis[a] qđ factum eſt verbum[b] per vniuerſam iudeam Incipiens enim a galilea[c] poſt baptiſmuꝫ[d] qđ predicauit ioannes[e] Ieſum a nazaret. Quō vnxit eū deus[f] ſpū ſancto[g]

Expoſitio litteralis.

a Uos ſcitis qđ factuꝫ eſt verbum ꝑ vniuerſam iudeam incipiens enim a galilea poſt baptiſmum quod predicauit Ioānes Ieſum a nazaret. Pro intelligētia huius lectionis eſt intelligenduꝫ ꝙ fides mediatoris ſemper fuit neceſſaria ad ſalutē:non tamen vniformiter ſcꝫ omni tempore ⁊ omnibus populis. poſt publicationē eniꝫ euangelij omnes tenētur habere fidem explicatā de mediatore quantum ad articulos incarnationis: natiuitatis ⁊ huiuſmodi: ⁊ etiam cōmuniter in eccleſia ab omnibus proponunt credenda. Añ declarationem vō natiuitatis Chriſti maiores iudeorum quibus data fuit lex. Et prophete de iſtis facientes mentionem tenebantur habere fidem de mediatore:minus tamen explicitam: qꝫ in nouo teſtamento:quia veritas eſt magis elucidata. Minores vō iudeorum adhuc minus explicite ⁊ ſufficiebat eis ad ſalutem credē meſſiam futurum ſicut lex ⁊ prophete nunciabant quodam tamen in generali lꝫ ſignificet leges ⁊ prophetas: non tamen eas intellexit in ſpeciali. Ante vō legem ⁊ prophetas tempore legis nature ſufficiebat omnibus credere vnū deum remuneratorem bonorum per modum ab eo cognitum:ideo dicitur hebere.xj.ca. Accedentem ad deum oportet credere quia eſt. ⁊ hoc eſt ꝙ dicitur. Uiri fratres.

a Uos ſcitis. quia inter iudeos habitaſtis.

b Quod factum eſt verbuꝫ ⁊c̄.ideſt res verbo ſignata: ⁊ que ſit illa ſubditur poſt Ieſum a nazaret.ſ.veniſſe ad predicandum ſalutem.

c Incipiēs enim a galilea. ibi enim incepit predicare:vt patet Luc.iiij.cap.

d Poſt baptiſmum. ſcꝫ Ioannis. quia ante non legitur publice predicaſſe.

e Quod predicauit Ioannes. ideſt q: myſterium Chriſti futuri Ioannes predicauit vt patet ex de curſu euangelij.

f Quomodo vnxit eum deus.ſcilꝫ Ieſum in humana natura. Et ideo ſequitur.

g Spiritu ſancto. ideſt plenitudine gratie.

a Et virtute in operatione miraculorum in quibus humanitas xpi erat instrumentum coniunctiuum.
b Qui pertransijt benefaciendo quantum ad informationem morum et sanationem languidorum.
c Et sanando oes oppressos a diabolo mente et corpore.
d Quoniam deus erat cum illo per plenitudinem gratie: et per vnionem personalem in supposito vbi.
e Et nos testes sumus etc. per visum et auditum.
f Et dedit eum manifestum fieri per multa argumenta sua resurrectionem declarantia que posita sunt .j. cap.
g Non omni populo: sed testibus preordinatis a deo: secundum enim quod dicit Dionysius libro celestis ierarchie: et hec est lex diuinitus instituta: vt ea que transcendunt cognitionem naturalem primo superioribus reuelentur: et superiores alijs manifestentur sicut patet in spiritibus angelicis in ordine ierarchie: nam superiores imediate a deo illuminantur: medij vero a superioribus: et inferiores a medijs. Resurrectio autem xpi est de transcendentibus. et ideo primo manifestata est apostolis: et cum ipsis manentibus per quos tanquam per testes idoneos alijs manifestata est: de qua idoneitate subditur.
h Nobis qui manducauimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis. ad declarandum veritatem sue resurrectionis vt dictum est .j.c.
i Et precepit nobis predicare populo et testificari: vt habetur .j.c. Et eritis mihi testes etc.
k Quia ipse est qui constitutus est a deo patre.
l Iudex viuorum et mortuorum: idest iustorum qui viuunt vita gratie et iniquorum qui mortui sunt morte culpe: propter quod dicit Joannis .v. ca. Pater omne iudicium dedit filio.
m Huic oes prophete perhibent testimonium. q.d. nos soli sumus eius testes: sed etiam omnes prophete antiqui diuinitus inspirati. Unde dicit Rabbi Samuel hebreus super Zacha. Quod vniuersi prophete non sunt locuti nisi ad dies messie. s. de principali intentione.

